



0

AD ECCLESIAS VENETAS ET TORCELLANAS DOCUMENTIS ILLUSTRATAS

INDICES DUO

ALTER CHRONOLOGICUS
DIPLOMATUM ET DOCUMENTORUM,
ALTER VERO
ALPHABETICUS NOMINUM ILLUSTRIUM ET RERUM NOTABILIUM.


AUTHORE
FLAMINIO CORNELIO (Ital. Cornaro)
SENATORE VENETO.



VENETIIS,
MDCCXXXXIX.

Typis Jo: Baptistæ Pasquali
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

1881. May 16.
Minot fund.



PRÆFATIO.

POstquam Venetis Ecclesiis illustrandis per decennium vix non integrum inter alias sive publicas, sive privatas curas incredibili plane labore insudavi, (quod opus in D. O. M. gloriam, & eruditorum in sacra præsertim antiquitate utilitatem vertere velim) juvat nunc supremam operi manum admovere, aliumque laborem suscipere, breviorem illum quidem, & ignobiliorem, sed molestiorem, quod fateor, atque operosiorem: nimirum generalem Indicem in omnes simul septem & decem Tomos, in quos Venetæ Ecclesiæ Torcellanis adjunctis distribuuntur. In hac immensa rerum & nominum supellectile utilitatem, & commodum Lectorum una cum brevitate, & facilitate conciliaturus id consilii cœpi, ut nomina tantum clariora, & res scitu digniores seligerem, ne omnia indiscriminatim, & sine delectu congerendo Lectori molestus evaderem, ipsumque Indicem operi ferme exæquarem.

Itaque in enuntiandis aut Ecclesiis, aut

Monasteriis paginam tantummodo adnotavi, ubi loci cujuslibet historica illustratio suum habet initium, quin peculiare quidquam, quod in eadem narratione contineatur, singillatim persequerer: secus in ingentem molem Index excresceret, lectoremque vel fronte prima deterreret. Ubi vero accidit, ut obiter, & extra locum incidat mentio alicujus vel Ecclesiæ, vel Monasterii, hujus ipsius mentionem loci in Indicem redegi, ut fontes rerum distracti in unum confluerent, & unico intuitu ibidem deprehenderentur. Non absimile methodum sequutus eandem mihi legem proposui, ubi viros sanctimonia, aut doctrina, aut rebus gestis clariores transegi.

Duplex porro est Index alter Chronologicus, alter Alphabeticus. Primus complectitur Documenta, quæ in toto opere continentur in suas classes juxta temporum seriem distributa. Præcedunt Romanæ Sedis diplomata, quæ Chronologicam Romanorum Pontificum successionem nominibus aptatam comitantur. Sequuntur ea, quæ a nobiliori Ecclesiasticæ Hierarchiæ parte emanarunt, scilicet a Patriarchis per Alphabeticum suarum Sedum ordinem

alla-

allatis, tum ab Archiepiscopis, & Episcopis, denique a Cardinalibus Episcopatu non insignitis, & a S. Marci Primiceriis, sed eadem semper methodo constanter servata. Succedunt digesta Chronologice Documenta Imperatorum, Regum, Ducum Venetorum, atque aliorum Venetæ Reipublicæ Magistratuum. Agmen denique claudunt sub communi Variorum nuncupatione documenta privatorum hominum, quotquot occurrunt, & ipsa Chronologice exhibita.

Index alter Alphabeticus (ita mihi dictus, quia res, & nomina juxta litteræ initialis præcedentiam disposuit,) continet facta præclariora, & res scitu, ac memoratu digniores, tum eorum hominum nomina, qui aliquo ex titulo a vulgo, ut ita dicam, aliorum passim occurrentium attolli, & secerni promerentur.

Ad Romanorum Pontificum nomina utcumque spectabiliora paucis me expediam, siquidem ferme omnia, quæ dari possunt, ad diplomata referuntur, propterea cum in primo Chronologico Indice locum habeant, inutili prorsus labore actum agerem. Ipsum tamen Indicem primum innuo, tum ea adjicio, quæ ibidem

tam-

tamquam in loco non suo ommissa, afferri tamen debent. Talem me geram, ubi in Patriarchas, aliosve incidam, quorum diplomata in primo Indice Chronologico inveniuntur.

Interea ad majorem Lectori opportunitatem faciendam placuit pauca quædam in suas peculiares classes sejungere, & seorsim ab aliis multis exhibere. Hujusmodi sunt uniones, & reformationes, quas vocant, Monasteriorum, sacri ritus, & mores, translationes sacrorum corporum, & reliquiarum, & id genus alia, in quibus tamen omnibus, quantum fieri licuit, brevitati consului. Quod si hoc brevitatis studium Indicem ipsum aut jejunum, aut alicubi obscurum facit, id vitii, si quod est, nullum negotium facesset neque imperitis, modo adeant locum ab Indice connotatum. Supervacaneum duco litteras initiales quarumdam vocum solitarie positas, & litterarum nexus, prout jacent in documentis, explicare.

INDEX

INDEX CHRONOLOGICUS DIPLOMATUM, ET DOCUMENTORUM PER CLASSES DISTRIBUTUS SUMMORUM PONTIFICUM.



Numerus Romanus Tomum indicat, Arabus vero paginam denotat.

JOANNES XII. 956. 21. Martii. Bono Patr. Grad. mandat, ut conſecret Eccleſiam S. Mariæ de Muriano a ſe Indulgentiis ditatam. Tom. x. P. II. pag. 50

CALISTUS II. 1123. 6. Maii. Monaſt. S. Georgii Major. ſub S. Petri protectione recipit. VIII. 217

II... 25. Aug. Marco Juliano mittit lapidem ponendum in fundamento Eccleſiæ S. Mariæ de Charitate. V. 158.

HONORIUS II. 1124. 29. Nov. Hoſpitalem domum, & Eccleſiam S. Mariæ Diœceſis Ceneten. ſub Sedis Apoſtol. protectione recipit. X. P. II. 297

INNOCENTIUS II. 1133. 7. Oct. Concedit Monachis S. Georgii Major. ut deligere ſibi poſſint ſuum Abbatem. VIII. 218

II... 22. Jun. Joanni Priori Sanctæ Mariæ in Portu mandat, ut aſſumat regimen Ven. Eccleſiæ S. Mariæ de Charitate, & in ea ponat Canon. Regulares. V. 158.

1141. 13. Maii Monaſterium S. Salvatoris Venetiarum, & Canonicorum Ordinem a Bonfilio Zuſto in eo inſtitutum recipit ſub B. Petri protectione. XIV. 92

EUGENIUS III. 1148. 20. Aug. Monaſterio S. Salvatoris, & Canonicis in eo inſtitutis confirmat privilegia ab Alexandro II. conceſſa. XIV. 93

1151 26. Septembris. Monaſterium Sancti Zachariæ ſub Apoſtolicæ Sedis protectione recipit, eique ſua bona confirmat. XI. 371

ANASTASIUS IV. 1154. 6. April. Monaſterium Fructuarienſe ſub Sedis Apoſtolicæ protectione recipit, eique ſua bona confirmat, inter quæ recenſetur Eccleſia S. Danielis Venetiarum. IV. 187

1154 27. Maii Henrico Patriarchæ Gradenſi ejusque ſucceſſoribus confirmat jura, dignitates & privilegia a Papis prædeceſſoribus conceſſa Eccleſiæ Gradenſi. III. 129

Gerardum Priorem S. Salvatoris, ejusque Conventum ſub B. Petri protectione ſuſcipit, eique ſua privilegia confirmat. XIV. 94

ADRIANUS IV. 1155. 25. Jan. Prohibet, ne jura Eccleſiæ Olivolenſis ſeu Caſtell. lædantur. XIII. 219

1156 17. Febr. Monaſt. S. Zachariæ ſub B. Petri & ſua protectione recipit. XI. 374

--- 13. Junii Henricum Patriar. Graden. Duci, & Populo Venet. com-

commendat, ex eis significat Jadrensem Episcopum memorato Patriarchæ obedientiam tanquam Primatui suo promisisse. III. 131

ALEXANDER III. ... 21. Jan. Henricum Patriar. Gradensem Duci Venet. commendat, hortaturque, ut translationi Patriarchatus Gradensis ad civitatem Venetiarum præstet assensum. III. 75.

1161. 12. Junii. Confirmat sententiam a Delegatis Apostolicis latam pro Monasterio S. Salvatoris super jura Parochialia. XIV. 97.

- - - 15. Jun. Ecclesiam Gradensem sub B. Petri protectione recipit, & privilegiis ornat. III. 73

1165. 13. Maii Basilicæ S. Marci confirmat Ecclesias S. Marci Tyrensis, & S. Marci de Accone. X.** 219

- - - 27. Julii Monasterium Sancti Danielis Venetiarum sub protectione Sedis Apostolicæ recipit, eique multa privilegia impartitur. IV. 189

1166. 5. Januarii Monasterium S. Salvatoris sub B. Petri protectione recipit, & Delegatorum Apostolicorum sententiam pro ipso Monasterio latam confirmat. XIV. 97

1167. 26. Martii Delegatis Apostolicis mandat, ut sententiam pro Monasterio S. Salvatoris latam observari faciant. XIV. 99

- - - 24. Septembris Parochianos S. Salvatoris laudat, quod decimas solverint, eosque monet, ut in eadem solutionis promptitudine perseverent. XIV. 100

1168. 4. Januarii Privilegia Monast. S. Salvatoris, & sententiam pro eo latam confirmat. XIV. 100.

- - - 10. Maii Confirmat sententiam Judicum pro Monasterio S. Cypriani de Muriano contra Abbatem de Pomposa, & donationem Episcopi Adriensis. X. P. III. 203

1170. 26. Aug. Donationem Decimarum factam a Girardo Ep. Monasterio S. Zachariæ Apostolica authoritate confirmat. XI. 379

1171. 5. Octob. Monast. S. Hilarii sub protectione B. Petri recipit. IX. 380

1172. 22. Julii. Concedit Indulgentias visitantibus Ecclesiam Sancti Salvatoris. II. 279

1177. 28. Junii. Indulgentias concedit visitantibus Ecclesiam S. Mariæ de Charitate. V. 161

- - - 10. Aug. Prioratum S. Mariæ de Plavi sub Sedis Apostol. protectione recipit, & privilegiis ornat. X. p. II. 298

- - - 26. Aug. Monaster. S. Danielis sub Sedis Apostol. protectione recipit, eique sua bona confirmat. IV. 190

- - - 8. Sept. Monast. S. Secundi ejusque bona sub S. Petri protectione recipit. VI. 34

1179. 22. April. Delegatis Apostolicis mandat, ut sententiam pro Monasterio S. Salvatoris latam observari faciant. XIV. 103

1180. 2. Mart. Monaster. Sancti Zachariæ sub protectione Sedis Apostol. recepto sua bona confirmat. XI. 375

LUCIUS III. 1181. 8. Jan. Recipit sub B. Petri protectione Monasterium S. Salvatoris Venetiarum, & sententiam pro ipso ab Apostolicis Delegatis latam confirmat. XIV. 104

1182. 16. Jan. Delegatis Apostolicis mandat, ut inquirant de inobedientia Plebani S. Bartholomæi, eamque, si invenerint, puniant. XIV. 106

1183

1183. 6. Jul. Confirmat privilegia, quæ Alex. III. concesserat Monasterio S. Zachariæ Venet. XI. 376

1184. 14. Aug. Confirmat sententiam Delegatorum Apostolicor., qua decreverant Hospitale S. Mariæ de Plavi subjectum esse Sedi Apostolicæ, non autem Ordini Hierosolymitano. II. 298

- - - 26. Aug. Significat Clericis de Rodigio delegasse Episcopo Patavino causam novæ Ecclesiæ ab ipsis constructæ in præjudicium Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ de Costa subjectæ Monasterio S. Cypriani de Muriano. X. p. III. 204

1185. 13. Jul. Approbat sententiam ab Ep. Torcell. & Priore Charitatis Delegatis Apostolicis latam pro Monasterio S. Salvatoris. XIV. III

- - - 17. Septemb. Castellano & Torcellano Episcopis mandat, ut Parochianos S. Salvatoris cogant ad solutionem Decimarum. XIV. III

URBANUS III. 1185. 17. Octob. Episcopo Castellano mandat, ut Parochianos Sancti Severi ad jura Parochialia persolvenda compellat. XI. 145

1185. 18. Dec. Confirmat assignationem decimarum factam a Marco Nicolai Episcopo Castell. Ecclesiæ S. Silvestri. III. 80

1186. 6. Januar. Monasterium S. Nicolai de Litore suscipit sub protectione S. Petri IX. 126

- - - 5. Febr. Privilegia concessiones Decimarum & sententiam ab Henrico, & Ildebrando Delegatis Apostolicis latam Monasterio S. Salvatoris confirmat. XIV. 112

- - - 17. Febr. Privilegia a Prædecessoribus suis concessa Monasterio S. Zachariæ confirmat. XI. 377

- - - 12. Jul. Prioratum, & Hospitale S. Mariæ de Plavi recipit sub Sedis Apostolicæ protectione, ejusque privilegia confirmat. X. p. II. 300

GREGORIUS VIII. 1187. 11. Novemb. Episcopo Castellano mandat, ut Ecclesiam S. Bartholomæi concedat Canonicis Regularibus S. Salvatoris Venetiarum. XIV. 114

- - - 16. Nov. Eximit Monast. S. Salvatoris de Venetiis ab onere decimarum. XIV. 114

- - - 21. Nov. Confirmat privilegia Monasterii S. Salvatoris, atque sententiam ab Apostolicis deputatis pro ipso latam nova roborat approbatione. XIV. 115

CLEMENS III. 1188. 28. Mart. Approbat & confirmat privilegia, concessiones, exemptiones, & jura judicata Monasterii S. Salvatoris Venetiarum. XIV. 117

- - - 29. Mart. Concedit Priori & Capitulo S. Salvatoris de Venetiis, ut administratorem negotiorum sibi possint instituere. XIV. 119

- - - - Eximit Monast. S. Salvatoris Venetiar. ab onere solvendi Decimas. XIV. 119

- - - 9. Jun. Concessionem Decimarum factam a Marco Nicola Episc. Castellano Ecclesiæ S. Mariæ Matris Domini confirmat. II. 305

- - - Ecclesiam S. Cassiani Ven. sub B. Petri protectione recipit, eique sua jura, & redditus confirmat. II. 399

- - - 31. Oct. Sententiam confirmat Episcoporum Equilini, & Torcellani pro susceptione Episcopi Castell. ab Abbate S. Nicolai de Litore in die Ascensionis XIII. 222

1190. 20. Maii. Ecclesiam Gradensem sub S. Petri protectione recipit,

cipit, & decernit, ut Patriarcha Primatum habeat super Jadrensem Archiepiscopum, & Episcopos Dalmatiæ, atque eidem Archiepiscopo consecrationis munus impertiatur. III. 133

CELESTINUS III. 1195. 27. Januar. Mandat Episcopo Castell. ut Ecclesiam S. Bartholomæi concedat Canonicis S. Salvatoris. XIV. 121

1197. 8. Aug. Confirmat Canonicis S. Salvatoris concessionem Ecclesiæ S. Bartholomæi. XIV. 124

- - - 12. Aug. Leoni Procuratori Constantinopolitano mandat, ut debitores Decimarum Episcopo Castell. spectantium ad solutionem compellat. XIII. 223

INNOCENTIUS III. 1197. 28. Decemb. Appellationem Philippi Pleb. S. Lucæ, quam de sententia Episcopi Castell. ad Sedem Apostolicam fecerat Apostolicis Delegatis committit decidendam. XII. 255

1199. 5. Apr. Delegatis Apostolicis mandat, ut restituere faciant Plebano S. Marci Tyrensis quidquid ei abstulerat Archiepiscopus Tyrensis. X.** 221.

- - - 18. Junii Unionem Ecclesiæ S. Bartholomæi Venet. Monasterio S. Salvatoris Canonicorum Regularium factam per Episcopum Castellanum rescindit. I. 326

- - - 16. Nov. Monast. S. Felicis de Ammianis, sub B. Petri protectione recipit, eique sua bona singillatim recensita confirmat. X. p. III. 330

1200. 20. Apr. Concedit Patr. Gradensi, ut in benedictione Cerei nomen ipsius nomini Ducis Venet. præferatur. III. 84

1201. 3. Maii Controversiam exortam super quasdam decimas inter Ecclesiam Paduanam, & Hospitale S. Mariæ de Mandria demandat Apostolicis Delegatis decidendam. XIII. 25

1202. 30. Maii Canonicis Tyrensibus præcipit, ut Plebanum S. Marci Tyrensis in Juribus Parrochialibus non audeant molestare. X.** 223

1204. 20. Octob. Primicerio Castell. mandat, ut Plebanum & Clericos S. Bartholomæi compellat ad observantiam compositionis inter eos & Monast. S. Salvatoris pridem initæ. XIV. 124

- - - 27. Octob. Privilegia, concessiones, & sententias pro Monast. S. Salvatoris latas approbat & confirmat. XIV. 127

1205. 6. Apr. Conventionem inter Monast. S. Salvatoris & Ecclesiam S. Bartolomæi firmatam iterato approbat. XIV. 129.

- - - 7. Apr. Mandat. Episcopo Castell. ut compositionem initam inter Monast. S. Salvatoris & Ecclesiam S. Bartholomæi inviolabiliter observari faciat. XIV. 129

1206. 9. Jan. Confirmat privilegia concessa Ecclesiæ S. Mariæ de Charitate. V. 162

1207. 17. Apr. Episcopo Castellano iterato mandat, ut compositionem inter Ecclesias S. Salvatoris & S. Bartholomæi statutam observari firmiter faciat. XIV. 130

1209. 2. Julii. Mandat Episcopo Castell. ut infra trium mensium spatium definire debeat controversias vertentes inter Monasterium S. Salvatoris & Ecclesiam S. Bartholomæi. XIV. 132

1212. 2. Jan. Delegatis Apostolicis mandat, ut si cognoscant, quod redditus Archidiaconatus Gradens adeo

adeo tenues sint, ut ex ipsis non possit Archidiaconus substentari, unionem Plebanatus S. Apollinaris ipsi Archidiaconatui a Legato Apostolico factam confirment. III. 152

1213. 4. Aug. Delegatis Apostolicis mandat, ut procedant in controversia inter Patriarcham Grad. & Episcop. Castell. III. 94

1214. 29. Junii. Monasterium S. Laurentii sub Apostolicæ Sedis protectione recipit, & Ecclesiam S. Severi eidem, sicut juste possidet, confirmat. XI. 145

1215. 20. Jan. Facultatem concedit deducendi Conventum S. Hilarii ad aliud Monasterium suæ obedientiæ in Diæcesi Castell. XIV. 398

- - - 18. Jan. Priori S. Mariæ de Charitate mandat, ut vicinos Ecclesiæ S. Severi ad observantiam sententiæ contra eos latæ ab Episcopo Cenetensi compellat. XI. 146

HONORIUS III. 1217. 21. Jan. Delegatis Apostolicis mandat, ut controversiam inter Moniales S. Laurentii ex una, & Parochianos S. Severi ex altera parte vigentem judicent. XI. 247

1218. 3. Febr. Monasterium S. Thomæ Torcell. sub B. Petri protetione recipit, eique multa privilegia impertitur. X. 229

1219. 25. Nov. Patriarchæ Grad. mandat, ut statuta Concilii Lateranensis III. de Magistris Theologis per singulas Metropoles statuendis, observari faciat in sua Provincia Gradensi. III. 96

- - - 30. Maii. Sententiam latam a Delegatis Apostolicis pro Monasterio Folinæ contra Veronense Monasterium S. Firmi authoritate Apostolica confirmat. II. 318

- - - 2. Julii Abbati S. Benedicti de Padolironis concedit, ut Monasterium S. Cypriani de Muriano in Abbatiam erigat. X. p. III. 238

1221. 7. Junii. Monasterium S. Laurentii Venet. liberat a solutione decimarum. XI. 102

1222. 2. Maii Plebanum S. Juliani constituit Judicem in lite exorta inter Monasterium S. Georgii Majoris, & Canonicos Justinopolitanos. VIII. 233

- - - 26. Maii. Confirmat Monasterio S. Danielis Venet. donationem factam ipsi Monasterio de lacu a Marco Nicola Episc. Castellano. IV. 196

1223. 5. Apr. Delegatis Apostolicis decidendam remittit quæstionem super quibusdam decimis exortam inter Plebanum S. Silvestri & Plebanum & Clericos S. Appollinaris. III. 46

- - - 22. Nov. Archiepiscopo Cretenmandat, ut Fratribus S. Thomæ Torcell. permittat ædificare domum super prædia de jure sui Monasterii sita in Ditione Cretensi. X. 229

1224. 6. Maii. Decernit Monasterium S. Georgii esse ab omni jurisdictione Patr. Graden. & Episc. Castell. exemptum, & immediate ad Sedem Apostolic. pertinere. VIII. 234

- - 7. Maii. Delegatis Apostolicis mandat, ut exemptionem, & libertatem Monasterii S. Georgii Majoris faciant observari. VIII. 235

- - - 17. Maii. Bona Monasterii S. Georgii Majoris eidem confirmat & privilegia approbat Monachis pridem concessa. VIII. 236

1226. 20. Maii. Patriarchæ Gradensi, & Capitulo Castell. præcipit, ut accedant, & alios accedere permi-

mittant ad exequias in Monasterio S. Georgii Majoris. VIII. 237

GREGORIUS IX. 1228. 18. Sept. Delegatis Apostolicis mandat, ut Ecclesiam S. Mariæ de Plavi Cisterciensibus assignent x. p. II. 302

1229. 24. Apr. confirmat sententiam ab Apostolicis Delegatis latam, qua Hospitale S. Mariæ de Plavi subiicitur Abbati S. Mariæ Sanæ Vallis de Follina. x. p. II. 302

1229. 2. Maii Potestati, & populo Tarvisino mandat, ut Fratres Cistercienses, quibus concesserat Ecclesiam S. Mariæ de Plavi commendatos habeant. x. p. II. 303

- - - - - Episcopo Tarv. mandat, ut Abbatem, & Conventum S. Mariæ de Plavi, ab inquietis perturbationibus per Ecclesiasticas censuras defendat. x. p. II. 304

1229. 7. Maii. Mandat Priori S. Mariæ de Vantio Patavino, ut in Monasterio S. Mariæ de Plavi ad observantiam Monasticam Ordinis Cisterciensis inducat Priorem, qui renuntiaverat, & alios olim ejusdem loci Fratres. x. p. II. 304

- - - 29. Julii Privilegia a Prædecessoribus Rom. Pontificibus Monasterio S. Georgii Majoris indulta confirmat. VIII. 238

- - - 8. Aug. Confirmat Decretum Honorii III. & mandat Patr. Grad. ut accedat ad exequias in Monast. S. Georgii Majoris. VIII. 240

1231. 22. Julii Delegatis Apostolicis mandat, ut facultatem Apostolica authoritate concedant Priori & Fratribus S. Andreæ de Amianis emendi prædia in Agro Patavino. x. p. III. 342

1232. 14. Jan. Confirmat privilegium immunitatis concessum Monasterio S. Mariæ de Virginibus a Potestate & Consilio Paduano. IV. 40

- - - - - Liberat bona Monasterii de Virginibus ab onere decimarum. IV. 41

- - - 27. Febr. Delegatis Apostolicis committit, ut investigent distantiam Ecclesiæ S. Matthæi de Constantiaco a Monasterio S. Thomæ de Torcello. x. 317

- - - I. Apr. Delegatis Apostolicis mandat, ut causam Episcopi Castell. contra pauperes de Venet. expediri procurent. II. 280

- - - 16. Sept. Delegatis Apostolicis mandat, ut sententiam Episcopi Capr. latam pro Monast. S. Georgii Majoris contra Capitulum Justinopolitanum exequi faciant. VIII. 243

1233. 18. Febr. Delegatis Apostolicis mandat, ut eos, qui injustas sententias adversus Monasterium S. Thomæ tulissent, ad satisfaciendom compellant. x. 235

- - - 26. Apr. Delegatis Apostolicis mandat, ut facultatem concedant construendi Monasterium S. Matthæi in Insula Constantiaci. x. 318

- - - 19. Aug. Monast. S. Salvatoris sub protectione Sedis Apostolicæ recipit. XIV. 132.

1234. 29. Apr. Monasterio S. Mariæ de Virginibus præficit Visitatores ex Ordine S. Marci de Mantua. IV. 41

- - - 27. Junii. Largitionem Decimarum factam Monasterio S. Thomæ de Torcell. ab Episcopo Justinopolitano confirmat. x. 227

- - - 3. Aug. Mandat Delegatis Apostolicis, ut non procedentibus Episcopo Vicentino ejusque Collegis in controversiam inter Patriarcham Gradensem & Episcopum Castell.

stell. ipsi procedere debeant. III. 95

1235. 27. Jan. Sententiam a Marco Nicolai Episc. Castell. latam in favorem Monasterii S. Laurentii super Ecclesiam S. Severi Apostolica authoritate confirmat. XI. 247

- - - 12. Martii Monast. S. Matthæi de Constantiaco sub protectione Sedis Apostolicæ suscipit. X. 319

1237. 11. Aug. Monast. S. Mariæ de Cœlestibus recipit sub protectione Apostolicæ Sedis. XI. 241

1238. 25. Jan. Mandat Episcopo Tarv. ut Commune Conelianense cogat ad eorum bonorum restitutionem, quæ Monasterio S. Mariæ de Plavi abstulerat. X. p. II. 305

- - - 1. Junii. Decernit, ne quis adversus Monasterium S. Mariæ de Virginibus excommunicationem promulgare præsumat. IV. 42

- - - 28. Junii. Episcopo Castellano mandat, ut molestantes Monast. S. Mariæ Matris Christi per censuras Ecclesiasticas compescat. VI. 161

- - - 24. Septembris Indulgentias concedit erogantibus eleemosinas Monasterio S. Matthæi de Majurbio. X. 319

1239. 4. Jan. Eximit ab onere decimarum prædia acquisita de pecunia, quam ipse donaverat Monasterio S. Mariæ de Virginibus. IV. 44

- - - 12. Junii. Patriarchæ Grad. & Episcopo Castell. Albericum de Romano laudibus ornatum commendat. XIII. 230

1240. 26. Maii. Prælatis per Patriarchatum Aquilejen. constitutis mandat, ut Monast. S. Mariæ de Plavi a molestatoribus tueantur. X. p. II. 305

- - - 1. Dec. Abbati de Brundulo mandat, ut judicet in causa vertente inter Abbatem S. Thomæ de Torcello, & mulieres S. Margaritæ de Torcello. X. 351

1241. 5. Martii. Monialibus S. Mariæ Matris Christi de Venetiis confirmat suas exemptiones, statuitque, ut in spiritualibus a Fratribus Minoribus regantur. VI. 161

- - - 18. Maii. Patriarchæ Grad. aliisque Prælatis Ecclesiasticis mandat, ut Monast. S. Thomæ de Torcello adversus molestatores & usurpatores ipsius bonorum protegant, atque tueantur. X. 237

INNOCENTIUS IV. 1243. 22. Decemb. Delegatis Apostolicis mandat, ut cognoscant, & judicent in causa appellationis Sororum S. Margaritæ de Torcello. X. 352

1244. 17. Jan. Privilegia Monast. S. Georgii Majoris confirmat. VIII. 244

- - - 27. Dec. Monast. S. Margaritæ de Torcello, sub protetione Sedis Apostolicæ recipit. X. 358

1245. 16. Julii. Absolvit Monast. S. Georgii Majoris a solutione pecuniæ per Episcopum Castell. imposita. VIII. 246

- - - 27. Julii. Concedit Indulgentias visitantibus Ecclesiam S. Salvatoris Venetiarum. XIV. 134

- - - 8. Aug. Concedit Indulgentias visitantibus Ecclesiam S. Margaritæ de Torcello. X. 359

- - - - - Concedit Indulgentias visitantibus Ecclesiam S. Salvatoris Venet. in die festo ejusdem. II. 281

1246. 5. Junii. Monasterio S. Georgii Majoris concedit exemptionem a quacumque provisione. VIII. 247

- - - 13. Julii. Mandat Episcopo Capr. ut bona Monasterii S. Geor-

gii

gii Majoris illicite distracta ad jus ipsius Monasterii revocet. VIII. 247

1247. 4. Maii. Monasterium S. Antonii de Torcello sub protetione Sedis Apostolicæ recipit. X. 157

- - - 6. Maii. Monast. S. Mariæ de Cœlestibus sub B. Petri, & sua protetione recipit multisque ornat privilegiis. XI. 242

- - - - - Mandat Octaviano Card. Legato, ut Ecclesias S. Marci Tyren. & S. Marci Achonen. ad Basilicam Ducalem pertinentes statuto censu in jus Beati Petri recipiat. X.** 225

- - - 18. Maii. Monast. S. Mariæ Matris Christi, quod Petrus Pinus Episc. Castell. a jure Episcopali exemerat, sub protectione Romanæ Sedis recipit. VI. 162

- - - 25. Junii. Monialibus S. Matthæi de Constantiaco indulget, ut non teneantur ad provisionem alicujus in beneficiis Ecclesiasticis. X. 320

1248. 15. Martii. Monasterio S. Georgii concedit, ut nulli teneatur de cætero providere in pensionibus Ecclesiasticis. VIII. 248

1249. 11. Junii. Monast. S. Matthiæ de Muriano sub Apostol. Sedis protectione suscipit. X. p. 111. 128.

- - - 6. Sept. Concedit Indulgentiam visitantibus Ecclesiam S. Gregorii Venet. IX. 391

- - - 21. Dec. Archidiacono Antiocheno mandat, ut bona Ecclesiarum S. Marci Tyrensis, & S. Marci Achonensis ab injustis molestiis defendat. X.** 223

- - - - - Decembris Archidiacono Antiocheno committit, ut bona Ecclesiæ S. Marci Venetiarum in Regno Hierosolymitano posita ab injustis molestiis tueatur. X.** 224

1250. 7. Maii, Visitantibus Eccl. S. Laurentii Venet. in die dedicationis ejusdem Indulgentias concedit. XI. 102

1251. 21. Jul. Confirmat donationem factam Eccl. S. Pantaleonis ab Angelo Semiteculo ejusdem Ecclesiæ Plebano. II. 368

- - - - - Abbati S. Hilarii mandat, ut non permittat Clericos S. Pantaleonis contra confirmationis Apostolicæ tenorem molestari. II. 369

1452. 20. Febr. Abbati de Folina mandat, ut visitet Monasterium S. Margaritæ de Torcello. X. 361

- - - 21. Febr. Exemptiones Monasterii S. Margaritæ de Torcello ab Episcopo Torcellano concessas confirmat. X. 360

1253. 31. Jul. Episcopo Adriensi mandat, ut non permittat, quod Monast. S. Georgii Majoris ad provisionem alicujus compellatur. VIII. 248

1253. 4. Sept. Privilegia Pontificia concessa Monaster. S. Georgii Majoris confirmat. VIII. 492

- - - - - Monast. S. Mariæ de Virginibus suas exemptiones confirmat. IV. 44

1254. 8. April. Abbati de Folino mandat, ut commissiones iteratas illi factas de visitando Monast. S. Thomæ de Torcello adimpleat. X. 361

- - - 8. Maii. Concedit privilegia Priori, & Conventui S. Salvatoris Venetiarum. XIV. 134

- - - 10. Jul. Concedit Fratribus Minoritis, ut ædificare possint Monaster. in loco eis a Marco Ziani pridem legato. VIII. 40

ALEXANDER IV. 1255. 20. Mart. Priori S. Joan. in Monte mandat, ut Joannem Campulum Commissarium

fratrum Marci Ziani ad exequendum ipsius Marci testamentum compellat. VIII. 40.

1255. 12. April. Præcipit Fratribus Minoritis, ut accipiant locum de Vinea eis a Marco Ziano legatum. VIII. 41

- - - 8. Jul. Monialibus S. Mariæ Matris Christi indulget, ut de bonis cujusdam Monialis ad suum Monast. devolutis nulli solvere Decimas teneantur. VI. 165

- - - 13. Octobr. Indulget Monaster. S. Matthæi de Constantiaco, ut non teneatur ad provisionem alicujus in beneficiis ecclesiasticis. X. 320

- - - - Monast. S. Mariæ de Cœlestibus eximit ab omni Apostolica pensione. XI. 244

1256. 5. April. Confirmat concessionem Walterii Episc. Castellani ab Angelo Patr. Gradensi subscriptam, qua inhibetur, ne circa ambitum Ecclesiæ S. Mariæ ad Cœlestia per CL. passus ullus locus Religiosus ædificetur. XI. 245.

- - - 9. April. Immunitates a prædecessoribus suis Monast. S. Mariæ de Virginibus concessas confirmat. IV. 45

- - - 11. Jul. Exemptiones a Matthæo Patr. Constantinopolitano concessas Ecclesiis Venetis in Orientali imperio confirmat. XIV. 209.

- - - - Delegato Apostolico mandat, ut sententiam Subdelegati Apostolici latam pro Monast. S. Margaritæ de Torcello contra Abbatem S. Thomæ de Torcello observari faciat. X. 356

- - - 17. Jul. Delegatis Apostolicis mandat, ut judicent in controversia inter Episc. Torcellanum, & Moniales S. Margaritæ de Torcello. X. 362

- - - 16. Sept. Concedit Fratribus Minoritis, ut habitent in loco dicto de Vinea ipsis a Marco Ziano pridem legato. VIII. 42

1257. 7. Febr. Delegatis Apostolicis mandat, ut cognoscat in causa Monast. S. Mariæ Ravennatis contra Petrum assertum Priorem Sanctæ Mariæ de Charitate. V. 177

- - - 15. Febr. Fatetur se recepisse a Monaster. S. Mariæ Matris Christi censum pro XL. annis debitum quotannis Ecclesiæ Romanæ. VI. 165

- - - 5. Jun. Visitantibus Ecclesiam S. Salvatoris Venetiarum in die Transfigurationis Domini Indulgentias concedit. II. 282

- - - 9. Aug. Mandat Apostolicis Delegatis, ut cognoscant in querela Monast. S. Mariæ Ravennatis contra Primicerium Ducalis Basilicæ. V. 178

- - - 18. Aug. Committit Delegatis Apostolicis, ut cognoscant in causa excommunicationis a Primicerio S. Marci latæ contra Priorem & Monast. S. Mariæ de Portu Ravennate. V. 179

- - - 28. Octobr. Monast. S. Laurentii Venet. a quibuscumque pensionibus immunem esse decernit. XI. 104

1259. 5. Novemb. Abbatiam SS. Hilarii & Benedicti, quam subjecerat Patriarchatui Gradensi, restituit sub jure Episcopi Castellani. IX. 390

- - - 16. Dec. Monast. S. Mariæ de Virginibus liberat ab onere Decimarum. IV. 45

1260. 21. Januar. Thomæ Franco Episc. Castellano mandat, ut Monasterio S. Mariæ Matris Christi restituere faciat sua bona ab aliquibus injuste detenta. VI. 166

18.

- - - 18. Mart. Indulget, ut Plebani qui sunt Canonici Ducalis Basilicæ si apud eam resideant, non teneantur residere in propriis Ecclesiis. x.** 286

- - - 20. Maii. Visitantibus Ecclesiam S. Mathiæ de Muriano Indulgentias concedit. x. p. III. 130

- - - 15. Maii. Duci & Communi Venet. commendat Priorem, & Fratres Eremi S. Mathiæ de Muriano. x. p. III. 131

- - - 10. Dec. Liberat bona Monast. S. Mariæ de Virginibus a solutione quartesiorum. IV. 46

URBANUS IV. 1262. 9. Jan. Monast. S. Matthæi de Constantiaco recipit sub protectione Sedis Apostolicæ. x. 322

1262. 27. Mart. Episcopo Castell. mandat, ut molestatores Monasterii S. Mariæ Matris Christi ab injuriis desistere compellat. VI. 167

1263. 1. Febr. Delegatis Apostolicis mandat, ut lato judicio terminent litem inter Moniales S. Zachariæ ex una, & Vicarium Episcopi Veron. ex altera parte. XI. 384

- - - 26. April. Bona Monaster. S. Matthæi de Constantiaco illicite distracta ad ipsius Monasterii proprietatem revocari committit. x. 325

- - - 3. Oct. Henricum Contareno Pleb. S. Silvestri institui jubet Canonicum Tarv. XIV. 217

1265. 28. Sept. Decernit, ne quis decimas emortuales exigat ab iis, qui moriunrur in Monast. S. Georgii Majoris. VIII. 250.

CLEMENS IV. 1266. 19. Mart. Priori S. Sophiæ mandat, ut ea bona Monasterii S. Hilarii Venet. quæ invenerint illicite distracta, ad proprietatem ejusdem Monasterii reducant. IX. 396.

- - - 28. Jul. Patriarchæ Grad. ejusque suffraganeis mandat, ut molestatores Monast. S. Georgii Majoris ipsiusque bonorum Apostolica authoritate coerceant. VIII. 251

1267 5. April. Hortatur Tarvisinos, ut libere linquant deferri ad Monasterium S. Mariæ de Virginibus redditus possessionum ipsius Monasterii. IV. 46

- - - 15. Jul. Monasterio S. Laurentii Venet. exemptiones concedit. XI. 104

GREGORIUS X. 1272. 13. Jan. Privilegia Pontificia Monasterio S. Georgii Majoris concessa confirmat, & auget. VIII. 252

- - - 16. Apr. Priori S. Mariæ de Virginibus mandat, ut detentores bonorum Monasterio S. Georgii Majoris illicite ablatorum cogat ad restitutionem. VIII. 254

- - - 3. Maii. Privilegia concessa a Summis Pontificibus Monasterio S. Mariæ de Viginibus confirmat IV. 47

- - - 13. Maii. Immunitates a Summis Pontificibus Monasterio S. Georgii Majoris concessas confirmat. VIII. 255

- - - 3. Aug. Abbati S. Hilarii committit, ut Monast. S. Georgii Majoris a quacunque injusta molestia defendat. VIII. 255

- - - 1. Sept. Mandat Bartholomæo Ep. Civitatis Novæ, ut comminetur censuras Ecclesiasticas Leonardo Tutoboni ob molestias illatas Monasterio S. Cypriani de Muriano. x. p. III. 240

1273. 4. Sept. Delegatis Apostolicis mandat, ut controversiam Fratrum Laicorum S. Zachariæ adversus Moniales lata sententia dirimant. XI. 389

1274. 9. Apr. Decernit, ut Prior electus Monasterii S. Mariæ de Virginibus confirmari debeat ab Abbatissa ejusdem Monasterii. IV. 48

- - - - Admonet Capitulum Generale S. Marci de Mantua, ne ad regimen Monasterii Sanctæ Mariæ de Virginibus nimium Fratrum numerum destinet. IV. 49

JOANNES XX. 1276. 6. Octobris. Committit Episcopo Castell. & aliis Delegatis judicium controversiæ inter Monast. S. Cypriani de Muriano, & Capitulum Justinopolitanum. X. p. III. 223

1277. 4. Febr. Monialibus S. Mariæ Matris Christi indulget, ut quæcunque bona ad Sorores dicti Monasterii spectantia jure successionis retinere licite valeant. VI. 167

NICOLAUS III. 1278. 19. Dec. Visitantibus Ecclesiam S. Marci Indulgentias elargitur. X.** 245

1280. 23. Aug. Visitantibus Ecclesiam S. Mariæ Fratrum Minorum certis statutis diebus Indulgentiam concedit. VI. 306

MARTINUS IV. 1283. 15. Febr. Causam appellationis Fratrum Militiæ Templi adversus Monasteria S. Pauli de Tarvisio, & S. Mariæ de Cela Venet. remittit Delegatis Apostolicis dirimendam. VI. 168

1283. 28. Martii. Archidiacono Castell. mandat, ut injustas infœudationes bonorum Monast. S. Georgii Majoris in irritum revocet. VIII. 256

1286. 5. Jun. Plebano S. Pantaleonis mandat, ut controversias inter Monast. S. Salvatoris, & Ecclesiam S. Bartholomæi sine strepitu juditii audiat, & debito fine decidat. XIV. 137

NICOLAUS IV. 1289. 28. Mart. Monast. S. Marci de Mantua, & loca ei subjecta ab omni Ordinariorum jurisdictione eximit. IV. 49

1290. 7. Maii. Marino Priori Sanctorum XL. de Tarvisio mandat, ut Plebanum & Clericos Sancti Bartholomæi compellat ad observantiam compositionis initæ inter ipsos, & Monast. Sancti Salvatoris. XIV. 138

—— 17. Sept. Henricum Minoritam constituit Episcopum Clodiensem loco Leonardi Pleban. S. Eustachii, qui electioni de se factæ pie renuntiaverat. II. 389

—— 3. Nov. Episcopo Tarvisino aliisque Delegatis Apostol. mandat, ut in controversiis Monasterii S. Salvatoris & Ecclesiæ S. Bartholomæi, quod justum fuerit, decernant. XIV. 147

1291. 5. Nov. Priori S. Andreæ de Litore mandat, ut bona Monasterii S. Georgii Majoris illicite alienata, vel distracta, ad jus ejusdem Monasterii revocare procuret VIII. 257

BONIFATIUS VIII. 1295. 18. April. Privilegia Pontificia a Prædecessoribus suis Monasterio S. Georgii Majoris indulta confirmat. VIII. 261.

1295. 18. Apr. Concedit Abbati, & Monacis S. Georgii Majoris facultatem utendi privilegiis sibi concessis, quamvis ipsis usi non fuerint retroactis temporibus. VIII. 261

—— 23. Jul. Concedit Indulgentias visitantibus Ecclesiam S. Laurentii in festo ejusdem Sancti XI. 107

1298. 5. Maii. Primicerio Sancti Marci committit, ut Priorem, & Fratres e Monasterio S. Mariæ de Virginibus expulsos ad diversa designet Monasteria. IV. 52

1299. 14. Jul: Delegatis Apostolicis mandat, ut judicent in causa appellationis, qua Monasterium S. Laurentii super impositione sibi facta ab Episcopo Castell. ad Sedem Apostolicam provocaverat. XI. 108

—— 16. Nov. Eximit Palatium Patriarchale Gradense ab omni subjectione Episcopi Castellani. III. 113

1302. 8. Jan. Abbati S. Pauli Bisuntinensis assessori in Veneto Dominio mandat, ut Monasterium S. Thomæ de Torcello adversus ipsius molestatores tueatur. X. 247

CLEMENS V. 1308. 4. Sept. Episcopo Assanensi commendat Monasterium S. Thomæ de Torcello adversus injustos molestatores. X. 248

1313. 29. Maii. Priori S. Helenæ mandat, ut Monasterium, & bona S. Georgii Majoris ab injustis molestiis defendat. VIII. 262

JOANNES XXII. 1320. 11. Mart. Delegatis Apostolicis committit, ut Monasterium S. Georgii Majoris protegant, & ab injustis molestiis defendant. VIII. 263

1321. 7. Octob. Delegatis Apostolicis mandat, ut causam appellationis inter Episcopum Patav. & alios ex una parte, ac Monasterium S. Mariæ de Portu ex altera recognoscant, latamque a Vicario Paduano sententiam vel confirment, vel infirment. V. 176

1332. 13. Apr. Indulget Monasterio S. Mariæ de Virginibus, ut nullo modo teneatur ad præstationem collectarum, aut aliarum exactionum. IV. 54

1325. 5. Jun. Aymerico Archiepisc. Ravennati mandat, ut numerum Canonicorum Ecclesiæ Castell. ad duodenarium coarctet. XII. 251

BENEDICTUS XII. 1344. 1. Oct. Delegatis Apostolicis mandat, ut Nicolaum Benevenutum Canon. Regularem S. Clementis constituant Priorem S. Spiritus Venet. IX. 264

CLEMENS VI. 1345. 18. Aug. Ejectionem Canonicorum S. Marci de Mantua a Monasterio S. Mariæ de Virginibus recenset, eique Monasterio suas exemptiones confirmat. IV. 58

1346. 9. Aug. Petrum de Pascua electum Abbatem S. Thomæ de Torcello confirmat. X. 250

1348. 13. Febr. Jacobum Puretto instituit Abbatem S. Thomæ de Torcell. X. 251

1349. 23. Apr. Jacobum Græco de Majurbio instituit Pleban. S. Mariæ Formosæ. III. 312

1351. 20. Octob. Franchinum de Bononia instituit Priorem S. Clementis Venet. IX. 234

—— 6. Dec. Delegatis Apostolicis mandat, ut inquirant, an Moniales S. Mariæ de Cœlestibus subjectæ sint Abbati Cisterciensi de Columba. XI. 247

INNOCENTIUS VI. 1353. 18. Jan. Fortinerio Patr. Grad. commendat Franchinum de Bononia Priorem S. Clementis Venet. IX. 235

1355. 11. Martii. Confirmat Abbati S. Cypriani de Muriano usum Pontificalium. X. p. III. 240

1359. 18. Febr. Episcopo Equilino mandat, ut Instrumenta, & cartas Episcopi, & Capituli Ecclesiæ Castell. in causa contra Patriarcham Graden. recipiat, & examinet, & ad Pontificiam præsentiam cum informatione transmittat. I. 340

URBANUS V. 1362. 13. Decemb. Jacobum Abbatem Sancti Thomæ de Tor-

Torcello instituit Nuntium, & exactorem Apostolicum in Creta. x. 253

1363. 8. Mart. Jacobi Abbati S. Thomæ de Torcello exactori Apostolico in Creta mandat, ut pecunias debitas ab Episcopo Archadiensi Sedi Apostolicæ requirat, & exigat. x. 254

1364. 27. Octob. Prioris S. Matthiæ de Muriano ejusque Collegis delegatis Apostolicis mandat, ut Monasteria Ducatus Venet. visitent & reforment. x. p. III. 137

— — Delegatis Apostolicis pro reformatione Monasteriorum concedit, ut a Monasteriis certam pecuniæ summam pro suis expensis, & Ministrorum salario recipere possint. x. p. III. 138

1369. 19. Sept. Decernit, ut Abbas de Columba semel tantum in anno visitare possit Monast. S. Mariæ de Cœlestibus. XI. 250

—— 3. Octob. Ecclesiam S. Mariæ de Virginibus die Prima & Secunda Maii visitantibus, & adjuvantibus Indulgentias concedit. IV. 66

1370. 3. Jun. Monasteria subjecta Priori, & Cœnobio S. Mathiæ de Muriano Apostolica authoritate eidem confirmat. x. p. III. 139

— — Decernit ne Monachi S. Mathiæ transferri possint ad alia Monasteria nisi ob graves causas. x. p. III. 140

GREGORIUS XI. 1371. 27. Apr. Committit Abbati Sancti Thomæ de Torcello, ut nisi Abbas de Columba eligat Confessarium pro Monialibus S. Mariæ de Cœlestibus ipse teneatur aliquem ad id muneris destinare. XI. 252

1374. 29. Jan. Thomam Patriarcham Grad. laudat, & hortatur, ut in reformatione Monasteriorum Sanctimonialium suæ Provinciæ perseveret. III. 123

—— 31. Dec. Thomæ Patriar. Graden. mandat, ut si Thomasium Episcopum Civitatis Novæ culpabilem invenerit, ipsum juxta sanctiones Ecclesiasticas puniat. x. p. III. 383

URBANUS VI. 1383. 30. April. Urbano Patr. Grad. committit reformationem Monasteriorum Sanctimonialium Castell. Torcell. & Clugien. Diœceseos. III. 124

1383. 13. Octob. Joannem Abbatem Aquelongæ instituit Abbatem S. Thomæ de Torcello. x. 255

1385. 8. Apr. Delegatis Apostolicis commendat Monasterium Sancti Georgii Venet. ut illud tueantur ab injustis molestiis. IX. 400

1388. 30. Martii. Judices Delegatos assignat, qui injustos detentores bonorum ad Monasterium Sancti Georgii spectantium ad restitutionem compellant. IX. 403.

—— 5. Aug. Andreæ Ep. Capr. mandat, ut confirmet Marinam Dandulo electam Abbatissam S. Mariæ de Virginibus. IV. 67

—— 26. Aug. Mandat Abbati S. Georgii Majoris, ut inquirat, an Georgius Prior S. Danielis Venet. adhæserit Clementi VII. Antipapæ, in quo casu illi adimat Prioratum, atque ipsum conferat Antonio Monacho S. Georgii Majoris Venet. IV. 205

BONIFATIUS IX. 1390. 13. Maii. Eximit Monasterium S. Salvatoris Venet. a quacunque jurisdictione Patriarchæ Gradensis & Episcopi Castellani. XIV. 151

1390. 13. Aug. Eccles. Cathedr. Castell. ornat Indulgentiis. XIII. 254

1390. 22. Sept. Visitantibus Oratorium S. Job concedit Indulgentias. XII. 95

1391. 18. Sept. Remissiones peccatorum indulget visitantibus Ecclesiam S. Silvestri, & ad ejus instaurationem eleemosynas erogantibus. III. 126

1393. 12. Febr. Indulgentias concedit visitantibus Ecclesiam S. Clementis Venet. certis statutis solemnitatibus. IX. 237

—— 24. Junii. Sententiam Vicarii Castell. latam pro Monasterio S. Laurentii contra Presbyteros S. Severi confirmat. XI. 148

1395. 24. Junii. Monialibus S. Laurentii concedit, ut in prædiis sui juris Ecclesiam seu Oratorium ædificare possint. XI. 122

— — Decernit ut Clerici Ecclesiæ S. Severi electi ab Abbatissa S. Laurentii a Patriarcha Grad. instituantur si eos instituere Episcopus Castell. distulerit. XI. 154

—— 28. Junii Delegatis Apostolicis mandat, ut visitent, corrigant, & reparent Monasteria Prioratus, & pia loca utriusque sexus exempta, & non exempta in Diœcesi. Castell. Turcell. & Clugiensi. XIV. 153

1396. 18. Aug. Delegatis Apostolicis mandat, ut eos qui bona Monasterio S. Laurentii abstulerant ad restitutionem per censuras Ecclesiasticas cogant. XI. 123

1398. 11. Julii. Indulgentias elargitur visitantibus Ecclesiam S. Mariæ de Virginibus eique opem ferentibus. IV. 71

—— 1. Octob. Monasterio S. Zachariæ confirmat privilegia prædecessorum suorum. XI. 377

1399. 20. Sept. Beneficiatos Ecclesiæ S. Severi a jurisdictione Episcopi Castell. eximit, & Sanctæ Sedi immediate subiicit, decernens, ut electi imposterum ab Abbatissa S. Laurentii per Patriarcham Gradensem instituantur. XI. 155

1400. 16. Februarii Concedit Priori S. Salvatoris usum Mitræ & Pontificalium. XIV. 155

- - - 24. Febr. Monialibus S. Mariæ de Virginibus permittit, ut bona sibi legata, vel acquisita in proprios usus de licentia Abbatissæ convertere possint. IV. 73

- - - - - Concedit Monialibus S. Mariæ de Virginibus, ut mulieres consanguineas tempore infirmitatis in Monasterium recipiant. IV. 74

- - - 7. Octob. Primicerio Ducalis Basilicæ mandat, ut quoddam corpus humanum in Sacello S. Sebastiani apud Monasterium S. Laurentii repertum integrum & suaveolens in locum idoneum reponat, in quo ab omnibus fidelibus coli possit. XI. 99

1401. 1. Martii Ecclesiam S. Bartholomæi Venet. a jurisdictione Patriarchæ Grad. eximit, & Sanctæ Sedi immediate submittit, conceditque facultatem Parochianis, ut eligere possint Plebanum. I. 344

- - - 27. Maii. Decernit ut Capellani S. Severi per Abbatissam S. Laurentii admissi, sint eo ipso Apostolica authoritate instituti. XI. 157

- - - 8. Nov. Collationem Prioratus S. Salvatoris Venet. factam Leonardo Delphino Patr. Alexandrino ad instantiam Dominii Veneti, revocat. XIV. 158

- - - 15. Maii. Facultatem impartitur Monialibus S. Mariæ de Virginibus introducendi in Monasterium mulieres ad visitandum seu ministrandum. IV. 75

- - - 18. Julii Jacobellum Leonardi instituit Priorem S. Clementis Venet. IX. 241

1402. 22. Febr. Joannem Priorem S. Salvatoris recusantem Episcopatum Æmoniensem in suo Prioratu restituit. XIV. 159

- - - 9. Sept. Revocatis litteris pridem datis committit, ut Patriarcha Graden. possit instituere & removere Vicarium in Ecclesia S. Bartholomæi. I. 346

- - - 1. Dec. Ad instantiam Parochianorum Ecclesiam S. Bartholomæi Patriarchatui Grad. de novo subiicit. I. 347

1404. - - - Angelo Episc. Chissamensi mandat, ut Monasterium S. Georgii de Alga reformet & ordinet. VI. 81

- - - 28. Nov. Confirmat sententiam Petri Patr. Grad. qua Joannes de Basiliis contumaciter absens declaratur amotus a Vicaria perpetua S. Bartholomæi. I. 349

INNOCENTIUS VII. 1405. 8. Jun. Erectionem Ecclesiæ Paræcialis S. Juliani in Collegiatam datis ad Franciscum Episc. Castellanum Epistolis confirmat. III. 341

1405. 19. Junii Petrum Belligno Camaldulensem creat Abbatem Cisterc. S. Thomæ de Torcello. X. 256

- - - - Abbati de Columba commendat Petrum Belligno electum Abbatem S. Thomæ de Torcello. X. 257

- - - - Monachis S. Thomæ de Torcello præcipit, ut recipiant Petrum Belligno Abbatem suum, eique obediant. X. 257

1406. 4. Martii. Visitantibus & adjuvantibus Ecclesiam Monialium S. Marthæ Venet. remissiones criminum indulget. VI. 131

GREGORIUS XII. 1406 1. Dec. Duci ac Dominio Venetiarum significat electionem suam ad Summum Pontificatum XIII. 54

1406 10. Decembris Duci ac Dominio Venetiarum electionem suam, & juramentum de deponendo ad Ecclesiæ utilitatem Pontificatu significat. XIII. 55.

1407. 11. Maii. Monast. S. Andreæ de Venetiis a subjectione Episcopi Castellani exemptum Apostolicæ Sedi subiicit. I. 219

—— Concedit facultatem Monachis S. Michaelis de Muriano eligendi Abbatem. X. p. III. 59

—— 18. Augusti. Mandat Episcopo Patavino, ut Paulum Venerio electum Abbatem S. Michaelis de Muriano inducat in possessionem suæ Abbatiæ. X. p. III. 60

—— 21. Sept. Concedit Monachis Olivetanis Monast. & Insulam S. Helenæ. IX. 199

1408. 10. Febr. Electionem Barontii de Pilis in Abbatem S. Thomæ de Torcello confirmat. X. 260

1409. . . . . Monialibus S. Andreæ concedit Indulgentias S. Marci Venet. & S. Francisci de Assisio. I. 223

—— 7. Junii. Præcipit Abbati S. Gregorii, ut Franciscum Capellum instituat Priorem S. Mariæ de Charitate Venetiarum. V. 183

—— 26. Augusti Joannem Contarenum Notarium Apostolicum eligit Patriarcham Constantinopolitanum. X. p. III. 384

—— Mandat Clero Ecclesiæ Constantinopolitanæ, ut Joannem Contarenum electum Patriarcham recipiat in Patrem & Pastorem. X. p. III. 385

1410. 1. Januar. Excipit instantias

tias B. Petri de Pisis ejusque sociorum, eisque concedit habitare, & quæstuare in locis Schismaticor. v. 302

1411. 11. Aprilis Permittit Priorissæ S. Andreæ permanere in possessione imponendi Velum nigrum Monialibus sui Monasterii. I. 221

1414. 17. Maii. Concedit Monialibus S. Andreæ ut absolvi possint a proprio Confessario etiam in casibus Episcopo reservatis. I. 222

ALEXANDER V. 1409. 21. Novembris. Mandat Episcopo Castellano, ut Prioratum S. Margaritæ de Pulveraria uniat Monasterio S. Mariæ de Virginibus. IV. 77

JOANNES XXIII. 1411. 25. Januarii. Confirmat Monasterio S. Mariæ de Virginibus privilegia concessa a Papis prædecessoribus. IV. 89

1413. 2. Augusti. Fatetur se ignorasse Juspatronatum Veneti Senatus super Monast. S. Jo: Bapt. de Judaica, quod si agnovisset, Priorem non elegisset. XIV. 33

1414. 6. Junii. Abbatibus S. Thomæ de Torcello usum Mitræ & annuli concedit. X. 261

—— 29. Septemb. Episcopo Castellano mandat, ut Nicolaum de Rizardis Augustinianum instituat Priorem S. Danielis Venet. Ordinis S. Benedicti. IV. 211

MARTINUS V. 1418. 9. Aprilis. Vota peregrinationum transmutari permittit in eleemosinas ad instaurationem Monasterii S. Hieronymi. II. 132

1418. 5. Maii. Monialibus S. Andreæ concedit Indulgentiam Plenariam in articulo mortis. I. 226

—— 14. Novemb. Ecclesiam S. Bassi Venetiarum separat a mensa Episcopali Civitatis Novæ, cui unita fuerat. V. 120

1419. 29. Martii. Monialibus S. Mariæ de Virginibus concedit Indul. Plen. in articulo mortis. IV. 89

—— 22. Apr. Monialibus S. Andreæ præsentibus & futuris, ad viginti annos futuros Monasterium intrantibus, & professis Indulgentiam Plen. concedit in articulo mortis. I. 228

1420. 2. Jan. Visitantibus Eccles. S. Helenæ Venet. & eleemosynam ei facientibus Indulgentias elargitur. IX. 202

—— 30. Maii. Monast. S. Andreæ ejusque bona solvit ab omni subjectione ordinarii, & Sedi Apostolicæ subiicit. I. 229

—— 2. Julii. Concedit Indulgentias erogantibus eleemosynam fabricæ Monast. S. Ludovici Venet. I. 309

1421. 16. Junii. Pensionem centum Florenorum super Abbatia S. Mariæ de Carceribus concessam Monasterio Corporis Christi suspendi decernit. I. 153

1422. 18. Martii. Indulta concedit Eccl. S. Helenæ Venet. IX. 203

1423. 20. Martii. Petrum Nicolai de Urbe constituit Pænitentiarium Apostolicum. II. 21

—— 26. Octob. Alexandro Georgio concedit facultatem sibi deligendi sepulturam in aliqua ex Venetis Ecclesiis. II. 141

1424. 8. Febr. Indulgentias concedit visitantibus Sacellum Omnium Sanctorum, a Marco Lando Episc. Castell. in Ecclesia Cathedrali erectum. XIII. 255

—— 18. Maii. Abbati S. Georgii Majoris mandat, ut in Monast. S. Andreæ de Litore extinguat Ordinem S. Augustini, & instituat Ordinem Carthusianum. IX. 167

—— 15. Nov. Exemptionem Monast. S. Andreæ a subjectione ordinarii confirmat. I. 231

1427. 8. Martii Capellanis Ducalis Basilicæ indulget usum Almuciæ. X.** 294

1428. 18. Octob. Hieronymum Trivisanum Monachum creat Abbatem S. Thomæ de Torcello. X. 265

1429. 11. Maii. Martino Episc. Mothonensi mandat, ut Privilegia a Vicario Cosmatis Card. Legati Monialibus Sancti Laurentii concessa diligenter examinet, & si vera esse invenerit, confirmet. XI. 127

—— 19. Maii. Episc. Mothonen. mandat, ut confirmet antiquum jus Abbatissæ S. Laurentii ponendi, & amovendi in Ecclesia S. Severi Capellanos absque Episcopi Castell. requisitione. XI. 169

—— — Episcopo Mothonen. mandat ut jura Monast. S. Laurentii super Ecclesiam Parochialem S. Severi rei veritate perspecta approbet, & confirmet. XI. 160

—— 21. Octob. Andreæ Bono Abbati S. Gregorii concedit, ut legare possit de bonis a se aquisitis. IX. 419

—— 30. Nov. Hieronymum Trivisanum electum Abbatem S. Thomæ de Torcello commendat Dominio Veneto. X. 266

—— 10. Decembris. Remittit Plebano S. Pantaleonis quærelas Capituli Ecclesiæ S. Paterniani contra Episcopum Castell. XII. 269

1430. 22. Maii. Augustinum S. Cypriani de Muriano Monacum ejusdem Monasterii Abbatem instituit. X. p. III. 264

EUGENIUS IV. 1431. 17. Jan. Præcipit, ut nec Patriarcha Graden. nec Episc. Torcell. nec quicunque alius ingredi præsumant Monast. S. Mariæ Angelorum. X. p. II. 264

—— 29. Apr. Judices constituit, qui bona ad Ecclesiam Corphiensem spectantia agnoscant, & quod justum sit, decernant. II. 350

—— 20. Octob. Episcopo Torcell. mandat, ut conventiones initas inter Monasterium S. Mariæ Angelorum, & Capitulum S. Stephani Murianensis confirmet. X. p. II. 265

1432. 7. Julii. Confirmat Congregationi B. Petri de Pisis loca donata a Fr. Angelo de Corsica Tertii Ordinis S. Francisci. V. 303

—— 28. Aug. Confirmat electionem Helenæ Contarenæ in Abbatissam S. Mariæ de Virginibus. IV. 91

—— — Delegatis Apostolicis mandat, ut Helenam Contarenam electam Abbatissam S. Mariæ de Virginibus inducant in possessionem. IV. 91

—— 15. Sept. Monialibus Venetis Torcellanis & Clugiensibus concedit Indulgentias Basilicæ Ducalis Venet. in die Ascensionis Domini. XIII. 255

29. Octob. Suppressionem Prioratus S. Cataldi a Philippo Episc. Torcell. factam, & electionem Bartholomæi Paruta Prioris delegat Plebano S. Mariæ Murian. examinandas & confirmandas. X. 97

—— ... Novembris. Ugerius Abbas SS. Hilarii & Benedicti fatetur se vendidisse Vitali Cauco partem paludis prope Ecclesiam S. Gregorii, quæ erat de obedientia sui Monasterii. IX. 376

— — Juramenta fidelitatis Civitatum Istriæ ad Dominicum Maurocenum Ducem, & Dominium Venet. facta. X.** 215 & seq.

1141. 1. Martii. Pactum Civitatis Fani cum Petro Polano Duce, & Dominio Venet. factum. X.** 218

—— 9. Junii. Procuratores Canonicæ S. Mariæ Charitatis Venet. accipiunt petias de terra in Villa Plebis. V. 175

1144. 10. Octobris. Pactum de Pace inter Commune Venetiarum & Paduanos. IX. 338

1146. ... Decembris. Dedoca & Radosseclavo Advocati donant Monasterio Sancti Benedicti Ecclesiam Sancti Martini, & Capellam Sancti Apollinaris positas in Insula Veglæ. X. p. III. 229

—— 9. Decembris. Sententia Judicum Delegatorum per Guidonem Cardin. qui adjudicaverunt locum dictum Costa Monasterio Sancti Cypriani de Muriano contra Abbatem S. Mariæ de Pomposia. X. p. III. 201

1147. ... Septembris. Legati Venet. apud Imperatorem Græcum exequtioni mandari præcipiunt privilegia a Petro Polano Duce concessa Ecclesiæ S. Georgii de Rodisto. VIII. 222

1149. ... Maii. Securitas, quam facit Gradolonus Gradonicus D. Ordelasco Priori Sancti Cypriani. X. p. III. 209

1150. ... Januarii. Stephanus Capello tradit, & resignat Priori Sancti Marci de Embolis de Constantinopoli quasdam terras, de quibus fatetur se pretium recepisse. VIII. 223

—— ... Decembris. Stephanus Capello fatetur se recepisse a Priore S. Marci de Embolis de Constantinopoli quamdam pecuniæ summam, pro qua loco pignoris tradit ei terras positas in Larmiro de Constantinopoli. VIII. 223

—— Stephanus Capello tradit & resignat Priori Sancti Marci de Embolis de Constantinopoli quasdam terras de quibus fatetur se pretium recepisse. VIII. 224

1151. ... Junii. Securitas Dominici Gradonici qu. Octonis quam fecit Priori Sancti Cypriani. X. p. III. 210

1152. ... Julii. Securitas, quam facit D. Agnes Monialis S. Zachariæ Priori S. Cypriani. X. p. III. 211

1155. ... Februarii. Leonardus Coronanius offert Ecclesiæ Gradens. petiam terræ in Rivoalto pro ædificanda Ecclesia S. Matthæi. III. 177

1156. ... Martii. Natalis Betani donat Ecclesiæ, & Priori Sancti Georgii de Armiro unum ædificium a se constructum. VIII. 227

1157. ... Octob. Ugo Abbas S. Mariæ in Adrianopoli concedit Monasterio S. Georgii Majoris Venet. Ecclesiam S. Mariæ in Rodisto. VIII. 228

1165. ... Junii. Bona relicta Stephani Tino Conversa & Monacha Monasterii Sancti Hilarii donat eidem Cœnobio quamdam proprietatem terræ sui juris positam in confinio Sancti Gregorii. IX. 379

1166. .... Septembris. Sidiana Uxor Ugerii Siriani offert quamdam petiam terræ Ecclesiæ S. Matthæi Apostoli. III. 179

1170. ... Decembris. Bonus habere Gausonus donat Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Cruciariis quasdam vineas prope Clugiam. II. 189

1173. 7. Octobris. Menaboi de Montesilice donat Gisentrudæ Abbatissæ & Joanni Rectori & Ministro S. Zachariæ Venet. prædia posita in Monte Silice. XI. 379

— — Decembris. Marcus Nicola Pleb. Sancti Silvestri proclamat super proprietatem terræ de jure suæ Ecclesiæ. III. 43

1175. 4. Februarii. Habitatores Hospitalis Sanctæ Helenæ a Vitale Michael Castell. Episc. erecti promittunt subjectionem Castell. Ecclesiæ. IX. 194

—— 29. Julii. Monasterium Sancti Michaelis de Brundulo immittitur in possessionem terræ positæ in Rivoalto juxta Ecclesiam S. Benedicti. XII. 280

1177. ... Octob. Odoliricus Caveder donat Monasterio S. Joannis de Torcello Ecclesiam S. Fabiani de Justinopoli. X. 128

1179. ... Februarii. Marcus Græco Pleb. Sancti Laurentii de Amianis concedit Presb. Dominico Franco Ecclesiam S. Andreæ de Amianis, ut apud eam construere possit Monasterium. X. p. III. 340

1180. Junii. Dominicus Franco Presb. promittit annuum censum Marco Græco Pleb. S. Laurentii de Amianis pro Ecclesia Sanctorum Andreæ & Jacobi posita in Insula Amimanelles, quam sibi pro Monasterio construendo concesserat. X. p. III. 341

1181. .. Junii. Bonus Balbi electus Plebanus Sanctæ Mariæ Murian. jurat fidelitatem Leonardo Donato Episc. Torcell. X. p. II. 98

1182. ..... Leo Paulini Fundator Hospitalis S. Leonis Papæ offert illud Ecclesiæ Castell. S. Petri. IX. 275

— — Januar. Solutio census facta Ecclesiæ S. Silvestri pro quadam proprietate terræ. III. 44

— — Dec. Dominicus Mineto Pleb. Sancti Silvestri promittit subjectionem Henrico Dandulo Patr. Grad. III. 77

1183. 8. Maii. Joannes filius Ottolini laudat refutationem bonorum factam Monasterio Sanctorum Hilarii & Benedicti. IX. 427

—— 6. Octob. Delegati Apostolici Bonum Balbi Pleb. Sanctæ Mariæ Murian. condemnant ad Episc. Torcell. quotannis recipiendum & reficiendum. X. p. II. 99

1184. .. Augusti. Leonardus Michael Comes Abserensis Monasterio S. Zachariæ legat vineas suas positas in Clugia, quod testamentum confirmatum fuit Diplomate Lucii III. XI. 381

1185. .... Examinantur testes de constructionæ Ecclesiæ factæ a Clericis de Rhodigio in prejuditium Ecclesiæ de jure S. Cypriani de Muriano. X. p. III. 204

5. Mar-

—— 5. Martii. Adalperus ejusque consanguinei donant Monasterio Sancti Cypriani de Muriano Ecclesiam Sanctæ Mariæ positam juxta flumen Risano apud Civitatem Justinopolim. x. p. III. 222

1186. 5. Julii. Potestas & Consules Justinopolis donant possessiones & vineas Episcopatui Justinop. III. 26

1187. ... Junii. Genevra Gradonico donat unam suam petiam de terra in Muriano Jacobinæ de Boncis, ut ædificentur Ecclesia, & Monasterium in honorem B. M. V. & S. Jacobi Apost. x. p. II. 261

—— 9. Novembris. Joannes de Balda Prior Templariorum fatetur se certis conditionibus statutis recepisse a Gerardo Ravennate Archiep. locum pro Ecclesia & Hospitali ædificandis sub potestate Prioris Venet. XII. 387

1188. 7. Maii. Litifridus donat terram positam in finibus Plebis in Valle Solana Monasterio S. Mariæ Charitatis Venet. v. 174

1191. 20. Novembris. Sententia judicum pro Episcopo Torcellano contra Abbatem S. Felicis de Ammiano. XIV. 433

1194. 17. Decembris. Rector & Consilium Justinopolis decernunt, ut Episcopatui Justinopolitano solvantur redditus & decimationes ad ipsum pertinentes. III. 28

1195. Octob. Leonardus Pleb. S. Martini fatetur se debere censum annuum Patriarchatui Grad. IV. 336

1197. 16. Januarii. Gregorius Prior S. Salvatoris investitur de Ecclesia S. Bartholomæi. XIV. 122

1197. 3. Octob. Avventura Presb. S. Augustini appellat ad Apostolicam Sedem a sententia Leonardi Torcell. Episcopi. XIV. 188

1198. .... Januarii. Gregorius Prior & Fratres Sancti Salvatoris promittunt subjectionem Marco Michaeli Episc. Castell. pro Ecclesia S. Bartholomæi. I. 325

—— 5. Decembris. Raynaldinus offert quædam bona sua Monasterio Sanctorum Hilarii & Benedicti. IX. 428

1199. 6. Aprilis. Gervasius Abbas S. Hilarii lata sententia decernit Ugolinum Advocatum juste investitum fuisse de quibusdam decimis a præcessore suo Joanne Abbate. IX. 382

—— 12. Decembris. Dominicus Prior Ecclesiæ S. Marci de Constantinopoli subjectæ Monasterio S. Georgii Majoris ob gravamina sibi illata a Vicario Patr. Grad. se committit protectioni Innocentii III. VIII. 229

1203. ... Julii. Monast. S. Thomæ de Torcello commutat terram cum Monasterio S. Joannis Evang. de Torcello. x. 218

1204. 31. Januarii. Angelus Baroccio Primicerius Castel. Deleg. Apostol. compositionem statutam inter Monast. S. Salvatoris & Eccl. S. Bartholomæi confirmat, & inobedientes excommunicat. XIV. 125

1205. ... Examinantur testes in controversia inter Monasterium S. Hilarii, & Ecclesiam S. Gervasii pro quadam palude. XIV. 283

—— —— Apr. Petrus Ziani Arbensium Comes donat Monasterio S. Servuli domos positas in confinio Sancti Joannis de Capite Rivialti. v. 109

—— —— Junii. Agnes Monacha S. Marci de Amianis promittit solvere pro eodem Monasterio annuum censum Engelmotæ Abbatissæ Sancti

cti Laurentii de Amiano. x. p.111. 329

1206. .. Octobris. Benedictus de Salmaza promittit Benedicto Faletro Patr. Grad. censum seu affictum pro quadam terra posita in Constantinopoli. 111. 84

1207. .. Martii. Benedicto Faletro Patr. Grad. promittunt censum pro quadam terra posita in Constantinopoli Alexius & Theodorus Duracini. 111. 90

— — Madii. Petrus Marino promittit censum annuatim solvendum Ecclesiæ Sancti Pantaleonis pro terra vacua de jure ejusdem Ecclesiæ sibi data. 11. 365

— — Augusti. Angelo Barocio Patr. Grad. censum promittit pro quadam terra posita in Constantinopoli Petrus q. Joannis Longo. 111. 91

— — Decembris. Jenzolinus Mudacius Ecclesiæ Sancti Petri de Majurbio donat quamdam aquam positam prope Majurbium. x. 297

1208. ... Martii. Aldibrandinus Prior Sancti Andreæ de Litore emit prædium in Territorio Tergestino. ix. 157

1209. ... Maii. Cappellani Sancti Marci fatentur se a Duce Venet. & a Procuratore Sancti Marci recepisse utilitates sibi debitas. x.** 383

1211. ... Februarii. Laurentius Pleb. Sancti Marci de Accone promittit censum Marco Nicola Episc. Castell. pro Ecclesia S. Marci de Baruto. xiii. 224

1212. ... Aprilis. Plebani & Clerici Ecclesiarum Murianensium de consensu Boni Episc. Torcell. concedunt Ordini Camald. Ecclesiam Sancti Michaelis de Muriano nuncupatam statuto annuo censu Ecclesiæ Matrici S. Mariæ persolvendo. x. p. 111. 51

— — 29. Aprilis. Guido Prior Eremi Camald. approbat receptionem factam ab Alberto Monacho de Ecclesia S. Michaelis Murian. & facultatem concedit statuendi censum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Muriano annuatim solvendum. x. p. 111. 53

— — Octobris. Albertus primus Prior Sancti Michaelis de Muriano accepto consensu Guidi Prioris Eremi Camald. promittit censum quotannis solvendum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Murianensis. x. p. 111. 54

1213. ... Januarii. Monasterium S. Thomæ Burgundionum investitur in petia terræ posita in Torcello, quam ei donaverat Tedesca filia Pancratii Capello. x. 224

— — 24. Januarii. Andreas Abbas Sancti Thomæ de Torcello investitur de proprietate terre & casæ quæ fuerat Richeldæ Capello. x. 225

— — 6. Februarii. Maria de Tedeschinis vendit petiam terræ Bernardo Abbati Sancti Thomæ Torcell. x. 222

— — Septembris. Joannes Vitalis Presb. & alter Joannes Presb. testantur Nebulanam Capello uxorem Dominici de Canali morientem donasse unam suam vineam Monasterii Sancti Thomæ de Torcello. x. 223

1215. ... Novemb. Adela Testamentum suum condens dimittit Monasterio Sancti Andreæ de Litore vineam de Valeriano. ix. 158

1216. ... Januarii. Petrus Trivisano electus Pleb. Sanctæ Mariæ Murian. jurat fidelitatem Egidio Episc. Torcell. x. p. 11. 101

18.

—— 18. Novembris. Aldibrandinus Prior & Conventus S. Andreæ de Litore emunt numerata pecunia quattuor vineas positas in districtu Tergestino. IX. 160

1218. 8. Julii. Gisla Conversa Sancti Zachariæ securum reddit Guillelmum Pusculo de quadam proprietate terræ, quam emerat a Jonatha Venerio olim marito ejusdem Gislæ & postea Converso S. Zachariæ. IX. 387

— — Septembris. Jonatas Venerio Conversus S. Zachariæ Venet. securum reddit Guillelmum Fusculum de quadam proprietate terræ, quam eidem Guillelmo vendiderat salvo censu debito solvendo Abbatibus S. Hilarii & Ecclesiæ S. Gregorii. IX. 389

1319. 20. Februarii. Azzo Abbas Sancti Benedicti eligit Dominum Ugonem de Campetello primum Abbatem Sancti Cypriani, & hoc cum voluntate plurium defensorum, & compatronorum ipsius Monasterii. X. p. III. 239

1222. ... Maii. Jacobus Barbo Proc. Sancti Marci medietatem loci olim de jure Ecclesiæ Sancti Pantaleonis donat Angelo Semitecul & successoribus ejus Plebanis S. Pantaleonis. II. 367

—— 27. Augusti. Benedicta relicta Jacobi Gradonici post susceptam vidualem vestem a Marco Nicola Episc. Castell. facit procurationem Tribuno Barocio ad exigendum redditus suos in Constantinopoli & Romania. XIII. 227

1223. 14. Maii. Plebano S. Apollinaris præsentantur literæ citatoriæ Archipresb. Paduani Delegati Apostolici. III. 45

—— 20. Octobris. Petrus Sterminius emit nomine Ecclesiæ Sancti Appolinaris, cujus erat Plebanus, quamdam petiam terræ a Joanne Contareno Pleb. Sancti Silvestri. III. 156

1224. ..... Stephanus Lambardo donat quamdam petiam terræ positam in Muriano Andruzanæ Sanctimoniali Sanctæ Mathiæ Murian. X. p. III. 126

—— 10. Junii. Jacobus Baduario offert Monasterio S. Joannis de Torcello aliqua sua bona. X. 128

1229. 6. Decembris. In Palatio Patr. Graden. leguntur litteræ citatoriæ Henrici Canon. Tarv. Deleg. Apost. contra Patr. Grad. in causa cum Episcopo Castell. III. 93

1230. V. Maii. Raimundus Abbas Nonantulæ absolvit Abbatem Sanctorum Hilarii & Benedicti ne ad Capitula Lombardiæ vel Marchiæ interesse cogatur. XIV. 400

—— 11. Maii. Judices Paduani tradunt Sindico Monast. Sancti Thomæ Torc. petiam terræ cum vinea, & sedimine posita in rure Sortegariæ ab ipso Sindico pacta pecunia emptas. X. 232

—— 5. Junii. Judices Arbitri concordant inter Gerardum Episc. Æmonien. & Monasterium S. Danielis Venet. pro electione Rectoris & bono regimine S. Martini de Tripoli. IV. 193

1231. ... Octobris. Pleb. & Capitulum S. Moysis partiuntur redditus ipsius Ecclesiæ. III. 366

1232. 21. Februarii. Jacobus Minotto de Confinio S. Cassiani Piebano & Procuratoribus Eccesiæ Sancti Cassiani, qui erunt per tempora ofert omnes suas proprietates domorum positas in eadem Parœcia ad pios usus Ecclesiæ & Pauperum. II. 400

—— 30. Decembris . Nicolaus Comes Veglen. donat Monasterio S. Cypriani Murian. Ecclesiam S. Nicolai positam in Insula Veglæ a se fundatam cum suis bonis & pertinentiis. x. p. III. 235

1233. 4. Martii . Jacobus Michael donat Insulam prope Burianum Ordini Fratrum Minorum x. p. II. 37

1234. . . . Octobris . Johannes Baduarius de confinio sancti Jacobi de Luprio donat quamdam proprietatem terræ positam in confinio S. Thomæ Ordini Fratrum Minorum. VI. 301

1237. . . . Martii . Constantia Priorissa Monasterii de novo ædificandi sanctæ Mariæ Matris Christi Ord. sancti Damiani, investitur per legem Curiæ Examinatorum de terra aqua superlabente posita in confinio sanctæ Crucis. VI. 160

— — Decembris. Pascalis Ardiconus Plebanus sanctæ Mariæ Murianensis prædium Ecclesiæ in palude *le Vignole* positum statuto censu concedit Marino Dandulo. x. p. II. 102

1238. . . . Junii . Plebanus & Procuratores Ecclesiæ Matricis de Muriano donant Monasterio sancti Jacobi de palude quamdam paludis partem dicto Monasterio adjacentem. x. p. II. 384

1239. 11. Apr. Dimitrius Prior sanctæ Helenæ Venet. accipit possessionem predii in Villa Gorgi, sibi, & suo Monasterio a Constantino de Mota concessi. IX. 196

—— 4. Octobris. Anthasius Dragomiri donat Ecclesiæ sancti Joannis de Vegla obedientiæ sancti Cypriani de Muriano Ecclesiam sancti Marci a se simul cum fratre suo Johanne Diacono ædificatam. x. p. III. 233

1242. 11. Junii. Fr. Jacobus de Fano Ord. Eremitarum investitur sine proprio de terra posita in Castello per ipsum empta a Miliana de Puteo. IV. 261

—— 12. Aug. Procurator Monasterii sancti Jacobi de Palude intromitit prædia quædam in Agro Tarvisino. x. p. II. 376

1243. 24. Aug. Fr. Jacobus de Fano Ord. Eremitarum investitur ad proprium de terra posita in Castello per ipsum empta a Miliana de Puteo. IV. 263

— — Fr. Jacobus de Fano Ord. Eremitarum immittitur in possessionem cujusdam terræ positæ in Castello ab ipso emptæ a Resmunda Bembo. IV. 264

—— 23. Septembris. Lambertus Abbas Monast. sancti Thomæ de Torcello investitur de una vinea empta ab Adoalda Abbatissa sancti Joannis de Torcello. x. 238

1245. 17. Febr. Stephanus Pleb. S.Sophiæ promittit censum Petro Episc. Castell. pro Joanne Presb. S. Trinitatis de censu ob Ecclesiam sancti Marci de Baruto. XIII. 225

—— 17. Maii . Jacobus Bellegno Pleb. sancti Bartholomæi proclamare facit investitionem domus de jure Ecclesiæ sancti Bartholomæi. I. 328

1246. 31. Martii. Pantaleon Justinianus Pleb. sanctæ Mariæ Murian. nonnulla bona in paludibus de jure suæ Ecclesiæ concedit Andræ Vitturi. x. p. II. 103

—— 6. Julii. Testes coram Thoma Arimundo Subdeleg. Apostol. deponunt Agnetem Longo ejusque socias morantes in Monasterio sanctæ Mar-

Margaritæ Torcell. ipsum Monasterium ædificasse, atque dotasse. x. 352

—— 11. Julii. Testes coram Thoma Arimundo Subdeleg. Apost. deponunt Agnetem Longo ejusque socias viventes ædificasse Monasterium sanctæ Margaritæ de Torcello. x. 354

—— 16. Octob. Stephanus Pleb. sanctæ Sophiæ promittit Episcopo Castell. pro Joanne Presb. S. Trinitatis censum de Ecclesia S. Marci de Baruto. VIII. 216

1249. 9. Julii. Gregorius de Montelongo Legatus Apostol. Indulgentias concedit visitantibus Ecclesiam sancti Mathiæ de Muriano. x. p. III. 129

1250. 1. Feb. Priorissa & Moniales sanctæ Mariæ Angelorum de Muriano concedunt facultatem Petro Gradonico Procuratori sancti Marci conjungendi aggeres, & claudendi aquas ad ædificandum molendinum. x. p. II. 263

—— 28. Augusti. Vendraminus Pleb. sancti Archidani de Constantinopoli jurat subjectionem Patriarchæ Gradensi. III. 105

1251. 10. Martii. Abbas sancti Hilarii ejusque collega deputati a Gerardo Tripolitano Episc. Legato Apostol. citant L. electum Gradensem ad respondendum Plebano sancti Silvestri super appellatione Decreti Patriarchalis. III. 105

1252. 1. Novembris. Benedictus Vicar. Petri Epis. Castell. in Negroponte donat Madio Priori sancti Marci de Negroponte quartam partem Decimarum spectantium ad dictum Episcopum. XIII. 231

1254. 3. Maii. Prior & Fratres Cruciferorum vendunt petiam terræ de palude. II. 190

12. Julii. Abbatissa & Monasterium sanctæ Margaritæ de Torcello denuntiare faciunt Abbati de Follina litteras Innocentii IV. quibus eidem Abbati iterato committit, ut visitet Monasterium sanctæ Margaritæ Torcell. x. 361

—— 28. Augusti & sequ. Acta in controversia Ecclesiarum sancti Salvatoris, & sancti Bartholomæi. XIV. 135

1255. 7. Martii. Paschalis Bollani promitit censum Jacobo Belligno electo Patriarchæ Gradensi pro quadam terra posita in Constantinopoli. III. 107

—— 13. Aprilis. Nicolaus Baseglo promittit Jacobo Belligno electo Patriarchæ Gradensi censum pro quadam terra posita in Constantinopoli. III. 108

—— 26. Maii. Commissarii Johannis Dandulo cedunt Monasterio sancti Adriani unam domum eidem Monast. Legatam. x. p. III. 351

—— 7. Junii. Pascalis & Johannes Bernardo promittunt censum pro terra posita in Constantinopoli Jacobo Belligno electo Patriarchæ Gradensi. III. 109

1256. 30. Januarii. Capitaneus Mothæ nomine Joberti de Camino concedit Monasterio sancti Thomæ de Torcello unam petiam terræ positam in territorio Casalti. x. 239

—— 5. Julii. Leo Abbas Monasterii sancti Michaelis de Candiana eligit Abbatem sancti Hilarii de Veneciis Prandum Monachum ipsius Monasterii sancti Hilarii. IX. 391

1257. 26. Martii. Locus Vineæ a Marco Ziani Legatus adjudicatur Fratribus Ordinis Minorum ex Judicum sententia. VIII. 42

1259. 5. Decembris. Plebanus & Capitulum sanctæ Mariæ Murianensis terras in litore sancti Erasmi positas Marino Spatario concedunt, reservata tamen sibi fructuum decima. x. p. II. 112

1262. . . Augusti. Frater Martinus Prior sanctæ Mariæ de Nazareth fatetur se recepisse a Marco Mudacio pecuniam pro emendo prædio. IX. 304

1263. 15. Septembris. Partenopejus, & Tracaluxio fratres donant Monasterio sanctæ Helenæ Venetiarium centum jugera terræ in territorio de Ronchis. IX 197

1264. 19. Junii. Canonici Tarvisini recipiunt in suum Collegium Henricum Contarenum Plebanum sancti Silvestri. XIV. 215

—— 12. Octobris. Marcus Bollani Abbas Monasterii sancti Georgii Majoris concedit Fratr. Laurentio Rectori Hospitalis Domus Dei paludem prominentem pro construendis Templo & Monasterio statuta solutione census unius libræ olei. VIII. 305

1265. 12. Maii. Instrumentum permutationis quorumdam bonorum inter Monasterium SS. Hilarii & Benedicti ex una, & Hospitale sancti Joannis Evang. ex altera parte. IX. 393

1266. 22. Augusti. Prior sanctæ Sophiæ de Padua Judex Delegatus ex mandato Clementis IV. hæredidibus Petri Caucio mandat, ut coram se comparere debeant Abbati sancti Hilarii in judicio responsuri. IX. 396

1268. 4. Maii. Paduanus Abbas sancti Felicis de Ammianis domum quamdam positam in confinio sanctæ Scolasticæ concedit statutis conditionibus, Thomæ Quirino, quam concessionem Petrus de Perusio Abbas successor petiit rescindi a Judicibus Curiæ Procuratorum. XII. 234

1269. 29. Januarii. Fr. Bonalbergus instituitur a Pauperibus sancti Lazari Prior ejusdem loci, & confirmatur a Simeone Mauro Plebano sancti Barnabæ Vicario Gen. Sede Castell. Vacante. IX. 277

1272. 31. Augusti. Majus Trivisano Donat fundum pro ædificando Hospitale Domus Dei. VIII. 322

1273. . . . Septembris. *Betinus* Abbas sancti Felicis de Ammiano cedit Monasterio sancti Laurentii de Amiano unam vineam. x. p. III. 332

1274. 11. Januarii. Plebanus & Capitulum sanctæ Mariæ de Muriano eligunt Plebanum S. Martini de Muriano Presb. Julianum. x. p. II. 226

1275. 23. Augusti. Canonici Tarvisini investiunt Henricum Contareno Pleb. sancti Silvestri de Canonicatu. XIV. 215

1276. 1. Decembris. Petrus Scutarius Pleb. sancti Geminiani donat Presbyteris suæ Ecclesiæ fundum pro domibus construendis. III. 351

1280. 11. Martii. Plebanus, & Capitulum sanctæ Mariæ Murianensis concedunt Ecclesiam & locum S. Mathæi Apostoli pro ædificando Monasterio Monialium Ord. S. Benedicti. x. p. II. 204

1281. 1. Aprilis. Andreas Prior Eremi sancti Mathiæ se recepisse confessus est Visitatores Camaldul. seque eos semper recipere debere fatetur. x. p. III. 131

6. Au-

—— 6. Augusti. Pro controversiis dirimendis inter Commune Venet. & Commune Tarvisii eliguntur quinque Judices Arbitri quorum quintus eligitur a Prioribus Prædicatorum de Venetiis, & de Tarvisio. VII. 280

1282. 9. Febr. Fratr. Almericus Custos Domus Misericordiæ facit cartam securitatis Fratr. Laurentio Custodi Domus Dei. XII. 138

1283. 26. Junii. Beatrix Tonisto Abbatissa sancti Laurentii de Aymanis exhibet Judicibus Publicorum documenta pro servanda possessione aquarum suo Monasterio adhærentium. X. p. II. 268

—— 20. Julii. Bernardus de Grisopulo Judex Arbiter adjudicat Monasteriis sancti Pauli Tarvisini, & S. Mariæ Matris Christi Venetiar. quædam bona legata a Palma Patharena contra Presbit. Guidonem Præceptorem S. Thomæ de Templo de Tarvisio. VI. 169

1285. 13. Aprilis. Collector Apostolicus Decimarum eximit ob paupertatem Monasterium S. Margaritæ de Torcello a solutione Decimæ. X. 363

—— 20. Junii. Johannes Abbas S. Benedicti de Padovetulo creat Abbatem S. Cypriani de Muriano D. Albertum. X. p. III. 242

—— 21. Junii. Albertus Abbas Monasterii S. Cypriani de Muriano jurat subjectionem Johanni Abbati Monasterii S. Benedicti de Pado Laizone. X. p. III. 241

1287. 13. Aprilis. Marcus Abbas Monasterii S. Georgii Majoris Venet. instituit in Priorem sancti Marci de Creta Fr. Bernardum de Vincentia Monachum sancti Georgii Majoris, eique mandat, ut bona ipsius Monasterii S. Marci recuperare studeat. VIII. 258

—— 26. Apr. Abbas S. Georgii Majoris monet Fr. Gerardum Camaldulensem, ut recedat a palude Monasterii sancti Georgii Majoris. I. 287

1288. 12. Octob. Joannes Blanco inducitur in possessionem unius domus ab ipso emptæ in confinio S. Sophiæ. XII. 208

1289.... Plebanus & Capitulum Ecclesiæ S. Martini de Buriano exorant Ducem, & Dominium Venet. ut tueantur jura suæ Ecclesiæ. X. p. II. 96

—— 8. Aug. Aymo Abbas S. Thomæ de Torcello investitur de quadam terra empta a Presb. Jacobo Bertaldo. X. 240

—— 8. Octob. Johannes Blanco concedit Bortolotæ Justiniano Monasterium S. Catharinæ a se acquisitum. XII. 213

—— 16. Novembris. Marius Preco testatur publice se proclamasse, quod nemo in aquis de jure Monasterii Sancti Georgii M. piscari aut aucupari audeat. VIII. 306

1290. 3. Novembris. Marinus Prior Sanctorum XL. de Tarvisio Deleg. Apostol. confirmat sententias ab aliis Judicibus latas pro Monasterio S. Salvatoris contra Clericos S. Bartholomæi, & Subdelegatis mandat, ut eas faciant observari. XIV. 138

1290. 4. Novembris. Marinus Prior Deleg. Apostol. præcipit Plebano & Clericis S. Bartholomæi ne molestent Priorem, & Conventum S. Salvatoris in possessione jurium Parochialium, & deinde ipsos Plebanum & Clericos vocat ad respon-

dendum de violentia illata nuntiis ipsius Delegati. XIV. 142

—— 5. Novemb. Marinus Prior Sanctorum XL. Delegatus Apostolicus mandat Plebanis Venet. ut præcipiant Parochianis suis sub pœna excommunicationis, ne molestare debeant Priorem & Conventum S. Salvatoris super possessione jurium Parochialium. XIV. 144

— — Presbyteri S. Bartholomæi appellant ad Papam de mandato contra ipsos lato a Priore Sanctorum XL. de Tarvisio Judice Delegato. XIV. 145

— — Marinus Prior Sanctorum XL. Deleg. Apostolicus Præsbyteros S. Bartholomæi excommunicat, eo quod sententiæ ab ipso latæ contravenerint. XIV. 146

1291. 2. Augusti. Joannes Blanco donationem Monasterii Sanctæ Catharinæ factam Bortolotæ Justiniano Testamentum condens, confirmat. XII. 215

1292. 10. Julii. Delegati Apostolici in controversia Ecclesiarum sancti Salvatoris, & sancti Bartholomæi statuunt, ut duo ipsorum, tertio absente, judicare possint. XIV. 349

— — — Novembris. Plebanus Præsbyteri & Clerici sancti Moysis statuunt divisionem faciendam de redditibus ejusdem Ecclesiæ, III. 365

1293. 27. Junii. Marcus Tinto Prior sancti Marci de Nigroponte testatur de offertoriis, & decimis suæ Ecclesiæ quomodo dividebantur. VIII. 259

—— 10. Julii. Albertus Abbas S. Cypriani renuntiat Abbatiam. X. p. III. 244

—— 13. Septembris. Plebanus & Capitulum sancti Moysis ordinant numerum Clericorum eidem Ecclesiæ inservientium aliaque statuunt pro bono regimine ejusdem Ecclesiæ. III. 367

1294. 3. Junii. Bisontius Abbas sancti Thomæ de Torcello inducitur in possessionem de duobus mansis terræ positis in Territorio Casalis emptis olim a Christino Abbate ejusdem Monasterii. X. 241

—— 5. Novembris. Electio per compromissum Donatæ Foscari Abbatissæ S. Servuli. V. 97

1295. 17. Martii Capitulum S. Mariæ Murian. Andream Plebanum Sancti Stephani interdicti pœnas incurrisse pronuntiat, eo quia per Plebanum Sanctæ Mariæ in Plebanatu institutus non fuerat. X. p. II. 113

—— 18. Martii. Capitulum S. Mariæ Murian. de male acta Vicarii S. Stephani præsentatione, & confirmatione, ad Sanct. Sed. Grad. appellat. X. p. II. 115

1297. 14. 15. Dec. Authoritate Prætoris Tarv. inhibetur, ne piscatores piscari possint in flumine de Lunzono absque licentia Prioris S. Andreæ de Ymanis. X. p. III. 343

1299. 25. Martii. Crisimbus Vicarius; & Monasterium S. Mariæ de Nazareth ordinant Procuratorem Fr. Genum de Verona ad defendenda jura Monasterii in negotio Decimarum. IX. 305

1300. 6. Junii. Marcus Dandulo restituit Ægidio Patr. Grad. litora sita inter Caprulum & Gradum statuto vitalitio censu. III. 115.

—— 6. Julii. Generalis Carmelitarum Sorores Congreg. S. Mariæ de Monte Carmelo Venetiis existentes admittit ad participationem bono-

bonorum spiritualium sui Ordinis. VI. 260

1301. 22. Julii. Abbas & Monaster. S. Trinitatis de Brundulo ordinant Procuratores in causa contra Monaster. S. Matthæi de Majurbio coram Plebano S. Sophiæ Judice Delegato. X. 333

—— 31. Julii. Abbatissa & Conventus S. Matthæi de Muriano renuntiant possessiones *le Vignole* nuncupatas Capitulo S. Mariæ Murianensis. X. p. II. 207

—— 1. Aug. Moniales S. Matthæi de Majurbio per Procuratorem appellant ad Bonifacium VIII. de sententia excommunicationis lata contra ipsas per Henricum Abbatem Monaster. S. Trinitatis de Brundulo. X. 334

—— 2. Augusti. Nicolaus Presb. Procurator Monialium S. Matthæi de Majurbio promulgat in Monasterio S. Trinitatis de Brundulo appellationem de sententia Henrici Abbatis lata contra ipsas Moniales. X. 337

—— 20. Oct. Gerardus de Parma Delegat. Apostol. absolvit Moniales S. Laurentii ab excommunicatione contra ipsas lata a Bartholomæo Quirino Episc. Castell. XI. 109

1302. 6. Junii. Capitulum Sancti Mathiæ Murian. Procuratorem suum statuit Bonaventuram Conversum, ut Petro Lucensi præsentet electionem de eo factam in Priorem S. Mathiæ, eamque electionem offerat Gerardo Priori Generali sua authoritate confirmandam. X. p. III. 133

1305. 28. Jun. Abbatissa & Monaster. S. Annæ de Castello cedunt Fratr. S. Stephani quascumque dimissorias concessas Monasterio S. Annæ, usque ad diem transmigrationis ejusdem. IV. 266

—— 29. Junii. Philippus Boldu nomine Angeli Delphini Episcopi Castell. fatetur se recepisse a Fr. Ruffino censum pro lacu donato Ecclesiæ S. Danielis. IV. 197

1306. 21. August. Vicarius Episcop. Tarv. mandat sub pœna excommunicationis, ut solvantur Decimæ debitæ Monasterio S. Andreæ de Litore. IX. 140

1307. 10. Martii. Plebanus & Clerici Eccl. S. Silvestri partiuntur inter se domos dictæ Ecclesiæ præsente, & confirmante Patriarcha Grad. III. 47

1307. 2. Maii. Saladinus Dandulo Abbas S. Georgii Majoris Judex Delegatus Abbatem S. Cypriani de Muriano lata sententia perpetuum esse decernit. X. par. III. 248

1311. 14. Novemb. Fr. Marcus Paulo electus in Priorem Monasterii S. Nicolai de Turre jurat obedientiam, & fidelitatem Fr. Francisco Episc. Torcellano. X. par. II. 343

1312. 25. Novembr. Instrumentum, quo Ordo Equitum Hierosol. receperunt Ecclesias & Hospitalia Templariorum in Venetiis. XII. 242

1313. 13. Jan. Vic. Ep. Castell. concedit facultatem Frigdiano Abbati S. Hilarii, ut mittere possit, quemcunque Episcopum ad S. Hilarium pro officiis Episcopalibus ibidem exercendis; quæ officia deinde egit Joannes Episcop. Caprularum. IX. 399

—— 8. August. Marcus Præco refert Perro Notario Curiæ Publicorum se publicasse prohibitionem Judi-

Judicum, ne quis in acquis Sancti Georgii Majoris piscationi, aut aucupio operam dare præsumat. VIII. 307

1314. 31. Januar. Cardinalis Maurocenus Pleban. S. Mariæ Murian. Clericos S. Stephani publice redarguit, ipsisque sententiam Stephani Torcell. Episc. exponit. X. p. II. 117

—— 12. Febr. Plebanus, & Capitulum S. Mariæ de Muriano concedunt Monasterio S. Nicolai de Cavana paludem de jure ipsius Ecclesiæ S. Mariæ. X. 383

—— 5. Octob. Consilium Tarv. inquirit quid agendum sit in controversia illorum, qui se dicunt Priores S. Salvatoris Venet. II. 282

—— 25. Octobris. In Consilio Tarv. legitur legatio Venetorum in scriptis exhibita. II. 283

—— 18. Novemb. In Consilio Tarvis. legitur Reipublicæ Venetæ responsio. II. 288

1315. 6. Martii. Jacobina Scorpioni Fundatrix Hospitalis Sanctorum Andreæ, & Marthæ promittit subjectiones & census Capitulo Sancti Nicolai, reservans sibi dum viveret, & post ejus obitum Philippo Salamonio, & successoribus jus eligendi Priorem dicti Hospitalis, ipsasque promissiones, & pacta confirmat Vicar. Episc. Castell. VI. 100

1316. 16. Junii. Accursius Vicar. Episc. Castell. facultatem indulget Fratribus Servorum construendi Oratorium in Diœcesi Castell. II. 71

—— 26. Julii. Jacobina Scorpioni Fundatrix Ecclesiæ S. Marthæ appellat ad Sedem Grad. de actis contra ipsam a Vicario Episcopi Castell. VI. 102

—— 28. . . . . Cardinalis Maurocenus petit a Vicario Torcell. confirmari electionem Simeonis electi Plebani S. Martini & eodem Vicario permittente, inducit electum in possessionem Plebanatus. X. par. II. 227

—— 26. Novembr. Fr. Franciscus Ord. Servorum in Oratorio Venetiis noviter erecto primum sacrificium offert. II. 72

1317. 16. Julii. Rytichcrius Vicar. Patr. Grad. lata sententia decernit fuisse a Jacobina Scorpioni bene appellatum de actis a Vicario Castell. ipsumque Vicarium minus juste contra Jacobinam processisse. VI. 105

—— 22. August. Accursius Præpositus Pistoriensis Vicarius Generalis Ep. Castell. lata sententia mandat, ut serventur pacta inita inter Capitulum S. Nicolai, & Jacobinam Scorpioni, & alia, quæ in ipsa sententia continentur. VI. 109

—— 25. Novemb. Monasterium S. Laurentii simul cum aliis Monasteriis appellant ab impositione sibi indebite facta a Jacobo Episc. Castell. XI. 311

—— 29. Decemb. Vicariis Gradensibus præsentatur appellatio facta a Monasterio S. Laurentii aliisque Monasteriis super impositione statuta ab Episcopo Castellano. XI. 104

1318. 25. Oct. Capitulum S. Nicolai consentit, ut pacta pro erectione Hospitalis Sanctorum Andreæ & Marthæ conserventur, & subsistant etiam pro Monasterio Monialium ibidem ædificando. VI. 113

1321. 15. Martii. Conventiones inter Fratres Carmelitas ex una & Plebanum & Capitulum Paroch. Ecclesiæ S. Margaritæ ex altera. VI. 253

24. Ju-

—— 24. Julii Monast. S. Laurentii Venet. appellat ad Summum Pontificem de quibusdam Decretis factis Conf. Grad. contra ipsarum constitutiones. XI. 117

—— 2. Aug. Victor Baraldus Pleb. S. Petri de Majurbio Vicar. Torcell. promulgat in Ecclesia S. Stephani de Majurbio excommunicationem latam a Concilio Gradensi contra Ptolomeum Ep. Torcellanum. X. 80.

1323. 20. Sept. Nicolaus Pleban. S. Viti deputatus super redditus beneficiorum vacantium liberat Monasterium S. Cypriani a solutione asserens esse Conventuale & exemptum. X. p. III. 255

1324. 5. Maii. Nicolaus de Umago Pleb. S. Viti Vicarius Fr. Petri Episc. Civitatis Novæ locat nomine ipsius Episcopi quasdam terras. X. p. III. 379

—— 22. Dec. Petrocinus Abbas & Monachi Monasterii S. Cypriani eligunt in Procuratores ipsius Monasterii Nobiles Viros Marcum & Jacobum Gradonicos. X. p. III. 257

1325. 20. Decembr. Prior Sancti Danielis Venet. de licentia Abbatis Fructuariensis commutat quemdam lacum ejusdem Monasterii cum Duce & Commune Venet. IV. 199.

1327. 25. Jan. Moniales S. Margaritæ de Torcello statuunt testimonium Judicibus ad cognoscendum, & decidendum super causa vertente inter ipsas & Abbatem S. Thomæ Burgundionum. X. 357

—— 12. Febr. Azzo de Corrigia Administrator Monasterii Sancti Benedicti de Pado Vetulo restituit Monasterium S. Cypriani in possessionem Ecclesiæ S. Helenæ de Tessaria. X. p. III. 247

—— 13. Martii. Anciani, & Sapientes Communis Tarvisii acceptis litteris Ducis Venet. eligunt quatuor jurisconsultos, qui expendant causam jurium Episcopatus Torcellani. X. 84

—— 9. Junii. Prior S. Mariæ de Misericordia concedit locum Hospitii Sodalitio S. Mariæ Vallis Viridi. XII. 176.

1328. 13. April. Marcus Justinianus Procurator Monasterii Sancti Georgii Majoris inducitur in possessionem Insulæ S. Mariæ de la Cavana per sententiam Judicum Curiæ Palatii. VIII. 314.

1329. 12. April. Fratres Carmelitæ commutant domos cum Plebano sancti Raphaelis. XIV. 309

—— 10. Augusti. Potestas Tarvisii concedit facultatem libere conducendi redditus Sanctæ Mariæ ad Cœlestia. XI. 226

—— 18. Decemb. Capitulum Ecclesiæ sanctæ Crucis Venet. concedit assensum pro construendo Hospitale seu Monasterio sancti Andreæ de Zirada. I. 182

—— —— Ubaldinus de Garzonibus Procurator sancti Andreæ promittit Angelo Episc. Castell. quod Monasterium sancti Andreæ non ædificabitur, nisi prius statuatur dos ipsius Monasterii. I. 187

—— —— Ubaldinus de Garzonibus Procurator Monialium sancti Andreæ promittit Capitulo sanctæ Crucis certam compensationem damnorum ob ædificationem Monasterii sancti Andreæ. I. 185

1331. 27. Junii. Moniales sanctæ Claræ certis statutis conditionibus permittunt ædificari Hospitale, & Monasterium sancti Andreæ. I. 196

—— 30. Octobr. Nicolaus de Mutasa-

tafariis Vicar. Castell. sententiam quamdam latam ab Accursio olim Vicar. Castell. ad favorem Fratr. Eremitarum contra Moniales sanctæ Annæ super quibusdam legatis decernit non debere exequutioni mandari. IV, 267

1337 21. Febr. Biaquus de Minuglano renuntiat Monasterio sancti Danielis omnia bona ab ipso prius occupata. IV. 195

1338. 31. Martii. Petrus de Baono Pleb. S. Mariæ Murian. Episcopo Turcell. præsentat Marcum Pittatum electum Pleb. sancti Stephani, atque ipsum, mandante Episcopo, inducit in possessionem Plebanatus. X. p. II. 121

1339. 7. Octobr. Petrus de Bugella Vicar. Gener. Andreæ Patr. Grad. Judex Compromissarius confirmat sententiam Vicarii Castell. qua statuitur Moniales S. Marthæ non teneri nisi ad oblationem annuam unius rosæ sericæ, & petendum assensum in electione novæ Abbatissæ a Nob. V. Salamonio pro jurepatronatus ipsius Monasterii sanctæ Marthæ. VI. 119

1340. 9. Junii. Hieremias Baduarius Prior sancti Joannis Evang. per Procuratorem concedit sodalitio sancti Joannis Evang. locum pro erigendo Hospitio. VI. 369

—— 4. Martii. Presb. Joannes Donato Prior loci S. Mariæ de Misericordia, & Fr. Leonardus facultatem concedunt Marco Moro exigendi, quæ loco ipsi debebantur. XII. 138

1341. 21. Martii. Fr. Antonius Guardianus S. Francisci Diœc. Torcell. solvit censum Plebano Sanctæ Mariæ Murian. pro quadam palude. X. p. II. 39

—— 26. Apr. Monast. S. Matthæi de Majurbio confirmat acta capituli Generalis Cistercien. quibus idem Conventus Cistercien. Ordini unitur. X. 341.

—— 8. Martii. Prior & Conventus S. Danielis Venet. eligunt in Abbatem S. Martini de Tripolis Fr. Ugolinum Priorem S. Gregorii de Justinopoli. IV. 196

—— 20. Martii. Præpositus & Capitulum Monasterii S. Mariæ de Charitate concedunt certis statutis conditionibus fundum pro construendo Sacello S. Nicolai prope Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Charitate. V. 179

—— 24. Decembr. Abbas Sancti Thomæ Burgundionum Delegat. Apost. inhibet Episcopo Castell. & aliis, ne eligant Plebanum in Ecclesia Sancti Bartholomæi vacante per assumptionem Nicolai Plebani ad Archiepiscopatum Ravennæ. X. 334

1344. 20. Februarii. Aymericus Card. Prior Commendatarius Sanctæ Mariæ Portuensis Deleg. Apost. confirmat pacta inita inter Monasterium, & Sodalitium S. Mariæ de Charitate Venetiarum. V. 209

—— 14. Martii. Sodalitium Magnum S. Mariæ de Charitate certis statutis conditionibus fundatur apud Ecclesiam Canonicorum Regularium Sanctæ Mariæ de Charitate assentiente Aymerico Card. Legato Priore Commendatario S. Mariæ Portuensis. V. 212

1345. 23. Novembris. Nicolaus Trivisanus Plebanus & Capitulum Sanctæ Mariæ Murian. eligunt Titulatos ejusdem Ecclesiæ. X. p. II. 123

1346. 13. Martii. Abbatissa & Mo-

Moniales Sanctæ Mariæ de Virginibus recipiunt Visitatores Cong. S. Marci de Mantua. IV. 60

1347. ult. Februarii. Jacobina Paradiso eligitur prima Priorissa Monasterii & Hospitalis S. Andreæ Venet. I. 245

—— 30. Septembris. Prior & Capitulum Monasterii Sanctorum Cornelii & Cypriani de Buriano jure livelli locant Bonaventuræ Trivisano domum positam in confinio Sancti Leonardi de Venetiis. X. p. II. 10

1348. 6. Junii. Nicolaus Capellanus, & Compromissarius Monialium Sancti Andreæ enuntiat ejusdem Monasterii Priorissam Elisabeth Superantio. I. 249

1350. 13. Martii. Procurator Jacobi Baduarii Prioris Sancti Joannis Evang. assignat quædam loca ejusdem Prioratus Sodalitio S. Joannis Evang. VI. 371

1351. 16. Junii. Capitulum Sanctæ Mariæ Murian. concedit cuidam Sorori Margaritæ Ecclesiam & Eremitorium S. Andreæ ut in eo possit vivere sub perpetua clausura. X. p. II. 213

1353. 29. Maii. Raymundus Abbas S. Nicolai de Litore Collector fructuum Apostolicæ Cameræ declarat Moniales Sanctæ Claræ, seu Sancti Damiani Venet. teneri solummodo ad duas libras ceræ pro annuo censu Cameræ Apostolicæ solvendo. IX. 113

—— 22. Octob. Pleb. Sancti Silvestri constitutiones æditas a Patriarcha Gradensi circa divisiones oblationum Ecclesiæ confirmat. III. 48

1354. 4. Augusti. Andreas Prior S. Mathiæ Clugiensis S. Joannis Baptistæ Monasterio visitationis munus impendit. X. p. III. 134

1356. 5. Julii. Fratres Carmelitæ transigunt de quadam proprietate terræ cum Plebanis S. Margaritæ, S. Raphaelis, & S. Barnabæ. XIV. 311

1357. 1. Februarii. Monasterium Sanctæ Mariæ ad Cœlestia interveniente consensu Jacobini, & Francisci de Carraria permutat prædium cum Rolando de Placentinis de Parma. XI. 253

—— 2. Octobris. Andreas de Faventia Prior S. Mathiæ de' Muriano exequitur visitationis officium in Monasterio S. Joannis Baptistæ de Faventia. X. p. III. 135

1359. 4. Septembris. Prior & Conversi SS. Mathiæ & Catharinæ de Forolivio fatentur se Visitatorem Regularem recepisse a Priore Sancti Mathiæ de Muriano Andrea de Faventia. X. p. III. 136

1360. 27. Aprilis. Christophorus Istrego terram sitam in confinio S. Petri de Castello concedit Fr. Gotto Priori Monasterii S. Antonii Viennensis. IV. 309

1361. 28. Februarii. Prior Sanctæ Mariæ de Misericordia permittit dilatari Hospitium Sodalitii Sanctæ Mariæ de Valle Viridi. XII. 186

1361. 5. Novembris. Theodorus de Constantinopoli electus Pleb. Sanctæ Mariæ Murian. jurat subjectionem Petrocino Episc. Torcell. X. p. II. 125

1362. 10. Novembris. Bonincontrius Abbas Sancti Cypriani Vic. Gen. Episc. Torcell. concedit facultatem erigendi Monasterium Monialium Sancti Bernardi. X. p. II. 160

—— 7. Octobris. Franciscus de Carraria Dominus Paduæ significat

Duci Venet. amotas fuisse quascunque novitates circa bona Monast. Sancti Andreæ de Litore. xiv. 374

—— 9. Novembris. Theodorus Pleb. & Capitulum Sanctæ Mariæ Murian. concedunt facultatem construendi Monast. S. Bernardi infra limites Pareciæ S. Mariæ Murian. x. p. 11. 174.

—— 7. Dec. Gabriella Priorissa S. Jacobi de Muriano concedit licentiam Claræ & Luciæ Monialibus ejusdem Monasterii intrandi novum Monasterium S. Bernardi Murian. x. p. 11. 175

1364. 21. Januarii. Franciscus de Carrara Vicarius Paduæ concedit facultatem permutandi bona S. Hilarii posita in Te ritorio Patavino. ix. 400

—— 8. Decem. Theodorus Pleb. S. Mariæ Murian. recusat accedere ad Vesperas in Ecclesia S. Stephani, quia Plebanus ejusdem S. Stephani non observavit Constitutiones latas in sententiis Grad. & Torcellana. x. p. 11. 126

1366. ... Procurator Monast. S. Mariæ de Virginibus supplicat Rom. Pont. pro confirmatione Isabettæ Quirinæ Abbatissæ electæ. iv. 65

—— 18. Aprilis. Isabetta Quirino eligitur Abbatissa Sanctæ Mariæ de Virginibus loco Agnetis de Canale defunctæ. iv. 61

—— 20. Aprilis. Isabetta Quirino assensum præbet electioni de se factæ in Abbatissam Sanctæ Mariæ de Virginibus. iv. 62

—— 23. Aprilis. Isabetta Quirino Abbatissa Sanctæ Mariæ de Virginibus constituit Procuratores, qui præsentent Urbano V. suam electionem. iv. 64

1369. 4. Maii. Cataruccia Michael Monialis S. Nicolai de Muriano securam reddit Abbatissam S. Catharinæ Venet. de receptis lib. 50. denariorum. x. p. 11. 344

1369. 30. Octobris. Joannes Moro Prior Hospitalis Sanctæ Mariæ de Misericordia admittit visitationem Francisci Quirini Patr. Graden. utpote Delegati Apost. Urbani V. xii. 146

1374. 20. Julii. Abbas de Columba Reformator Ordinis Cisterciensis nomine sui Capituli quibusdam statutis legibus reformat Monasterium Cisterciense Sanctæ Trinitatis de Brundulo. ix. 262

1378. 13. Januarii. Berucia Benado vendit Joanni Contareno illam proprietatem terræ, in qua erectum fuit postea Oratorium S. Job. xii. 84

1382. 9. Februarii. Almericus Custos domus Misericordiæ securitatem facit de solutione debiti Fr. Laurentio Custodi Domus Dei. xii. 182

1383. 1. Octobris. Joannes de Marliano Abbas S. Cypriani Murian. & Jacobus Gradonico compromittunt in Rev. D. Urbanum Patr. Grad. velut Judicem de jurepatronatus Monast. Sancti Cypriani. x. p. 111. 258

—— 16. Decembris. Bartholomæus Cionis Vicar. Castell. lata sententia contra Presbyteros Sanctæ Crucis Venet. confirmat Monialibus Sancti Andreæ, eorumque Sacerdotibus facultatem tenendi & administrandi Sacramenta. i. 216

1386. 25. Septembris. Documenta de loco sepulturæ Hæbreorum posito in litore prope S. Nicolaum. ix. 118. & seq.

1389. 13. Junii. Carolus Abbas S. Georgii Majoris Deleg. Urbani VI. Fr.

Fr. Georgium de S. Georgio Priorem Sancti Danielis Venet. privat Prioratu veluti Schismaticum, & in eodem Prioratu instituit Fr. Joannem Gallina Monachum S. Georgii Majoris. IV. 204

—— 7. Augusti. Joannes Prior Sancti Salvatoris Deleg. Apost. decernit Monasterium Sancti Hillarii immittendum esse in possessionem bonorum, quæ ipsi usurpaverat quidam Bonjacobus. IX. 402

1391. 19. Januarii. Portio de Veste D. N. J. C. æquis portionibus dividitur inter Ecclesiam Sancti Moysis, & Sodalitium Magnum Sancti Marci. III. 369

—— 30. Martii. Beneficiati Ecclesiæ Sancti Severi veniam postulantes ab Abbatissa Sancti Laurentii confirmant sententiam Episcopi Castellani latam contra ipsos ad favorem ejusdem Abbatissæ. XI. 153

1392. 31. Martii. Monachi Sancti Mathiæ de Muriano concedunt Nob. Viro Danieli de Ungrispach cameram pro suo domicilio in eorum Monasterio positam. X. p. III. 108

—— 15. Julii. Raymundus Gen. Ord. Prædic. instituit Fr. Johannem Dominici Vicarium Generalem super Conventum Clodiensem sui Ordinis. VII. 309

1393. 10. Maii. Raymundus Gen. Ord. Prædic. Fr. Joanni Dominici facultatem concedit, ut in Urbe Venet. recipere possit Monasterium Monialium. VII. 171

—— 4. Julii. Soradamor Trivisana vendit Procuratoribus Fr. Angeli de Corsica proprietatem terræ in Confinio Sancti Raphaelis. V. 298

1394. 20. Novembris. Raymundus Gen. Ord. Prædic. constituit Vicarium Generalem per Italiam Fr. Joannem Dominici. VII. 173

1396. 29. Martii. Capitulum Lateranense concedit Ecclesiæ B. Mariæ ædificandæ in Urbe Venet. privilegia Basilicæ Lateranensis. V. 300

—— 12. Julii. Raymundus Gen. Ord. Præd. facultatem concedit Fr. Thomæ Antonii de Senis inchoandi, & dirigendi Congregationem Sororum de Pœnit. S. Dominici in Urbe Venet. VII. 183

—— 7. Dec. Moniales Sanctæ Mariæ de Virginibus orant Bonifacium IX. pro confirmatione electionis Agnetis Lauredanæ Abbatissæ. IV. 70

1397. 6. Martii. Visitatores Apostolici Monasteriorum multa decernunt ad bonum regimen Monasterii Sancti Laurentii spectantia. XI. 125

—— Visitatores Apostolici statuta ordinant pro bono regimine Monasterii Sanctæ Marthæ Venet. VI. 130

—— 26. Novembris. Raymundus Gen. Ord. Præd. Fr. Thomam Antonii instituit Provincialem Ordinis in Græcia. VII. 197

1398. 9. Martii. Joannes Prior Sancti Salvatoris Judex Apostolicus condemnat Plebanum Sancti Martini ad solvendum censum Patriarchæ Grad. IV. 337

—— 20. Julii. Carlotus de Albertis Vicar. Episc. Castell. Laurentiam de Plumbiolis electam Abbatissam Sancti Hieronymi Venet. inducit in possessionem Abbatissatus. II. 128

—— 27. Septembris. Fr. Raymundus Gen. Ord. Præd. Fratribus Monast. Sanctorum Joannis & Pauli, & aliis committit ut in pre-

priis Conventibus ad studia incumbant. VII. 200

—— 18. Decembris. Fr. Raymundus Gen. Ord. Præd. mandat Fr. Joanni Dominici quod Pisas se conferat ad prædicandum. VII. 231

—— 20. Decembris. Fr. Raymundus Gen. Ord. Præd. aliis Fratribus eidem subjectis concedit ut eis ubique per totam Italiam liceat prædicare. VII. 233

1400. 26. Februarii. Franciscus Vendramenus Pleb. Sanctæ Mariæ Murianen. Instrumentum census a Monasterio Sancti Michaelis de Muriano Ecclesiæ Sanctæ Mariæ solvendi renovat. X. P. II. 128

—— 2. Aprilis. Nicolaus Abbas Fontisnivis Commissarius Bartholomæi Abbatis de Columba præcipit Monialibus Sanctæ Mariæ de Cœlestibus, ut nullum recipiant ad visitationem sui Monasterii. XI. 257

—— 25. Septembris. Carolus Abbas Sancti Georgii Majoris Deleg. Apostol. exequitur litteras Bonifacii IX. quibus conceditur Priori Sancti Salvatoris usus Mitræ, & Pontificalium. XIV. 154

1401. 18. Martii. Clerus Sancti Hermacoræ permittit Monialibus S. Hieronymi, ut habere possint Confessorem, qui libere administret eis Sacramenta, & statuere possint Cæmeterium pro defunctis. II. 129

—— 25. Maii. Thomas de Firmo Gen. Ord. Præd. recipit ad participationem spiritualium bonorum suæ Religionis Fratres & Sorores de pœnit. S. Dominici. VII. 22

—— 2. Julii. Thomas de Firmo Gen. Ord. Præd. remittit Thomæ Antonio de Senis curam Fratrum & Sororum de Pœnit. B. Dominici Venet. VII. 23

1407. 4. Augusti. Joannes Dominici testatur se a Gregorio XII. obtinuisse Indulgentiam Plen. in mortis articulo pro Veneto Collegio Fratrum & Sororum Ord. de Pœnit. B. Dominici. VII. 165

1408. 16. Februarii. Plebanus & Capitulum S. Jacobi de Luprio Marinum electum Presb. Titulatum Patriarchæ Eccl. Grad. præsentari jubent. VI. 381

—— 20. Aprilis. Andreas Civrano Abbas Sancti Cypriani promittit se solita obsequia Ecclesiæ Matrici Murian. præstiturum. X. P. III. 215

1409. 1. Februarii. Joannes Gallina Abbas Sancti Cypriani fatetur, Jacobum Gradonico esse verum & legitimum *Patronum* sui Monasterii. X. P. III. 181

1411. 26. Novembris. Franciscus Capello Prior Sanctæ Mariæ de Charitate certis statutis conditionibus permutat quasdam domunculas de jure ipsius Monasterii cum Sodalitio Charitatis ad extruendum Oratorium & Hospitale pro ipso Sodalitio. V. 216

1414. 6. Octobris. Fr. Thomas Salamon Ord. Prædic. electus Prior Sancti Danielis Venet. sponte renuntiat eidem Prioratui in manus Francisci Bembi Episc. Castell. IV. 214

1416. 28. Martii. Petrus Bellegno Prior Sancti Mathiæ de Muriano exceptis Communis Bononiæ instantiis, quantum in se est, satisfacturum fore promittit. X. P. III. 144

1417. 12. Maii. Moniales Sanctæ Mariæ de Virginibus orant Martinum V. ut concessionem Alexandri V. pro unione Prioratus Sanctæ Margaritæ de Pulveraria ad suum perducat effectum. IV. 79

1418. 19. Decembris. Leonardus Abbas S. Gregorii Deleg. Apostol. Ecclesiam S. Basii Venet. separat ab Episcopatu Civitatis Novæ, eamque ut prius erat, instituit. v. 120

1419. ... Ianuarii. Aloysius Michael Procur. S. Andreæ de Litore promittit nomine Prioris lectum Marco .. Episcop. Castellano. ix. 165

—— 5. Martii. Franceschina a Turre eligitur Abbatissa S. Marci de Aymanis. x. 171

—— 24. Augusti. Baroncius de Pisis Abbas S. Thomæ de Torcello locat Nobilibus Trivisanis de confinio S. Ioannis Novi possessiones sui Monasterii positas in Insula Cretæ. x. 262

—— 27. Decembris. Electio Matthæi de Chochis in Plebanum S. Salvatoris. ii. 290

1420. 13. Februarii. Visitatores Ordinis Theutonicorum concedunt facultatem erigendi Sodalitium S. Trinitatis in sua Ecclesia. v. 25 & seq.

1421. 9. Februarii. Communitas Torcelli decernit, ut thesaurus & corpora Sanctorum Torcelli pluribus clavibus claudantur. x. 51

1422. 15. Aprilis. Gofredus pauper peregrinus se recepisse fatetur ducatos sex auri a Presbyt. Philippo Priore Sancti Job sibi legatos a Petro Laurentii paupere clerico. xii. 96

—— 6. Junii. Lucia Delphino filia Johannis Contareni instituit novem Gubernatores loci Sancti Job, ipsumque locum certis statutis conditionibus concedit B. Petro de Pisis ejusque Congregationi. xii. 97

—— 1. Augusti. Thomas de Senis Prior S. Dominici de Castello promittit dare annuatim libram unam ceræ pro ædificatione Sacelli Marco Lando Episc. Castell. & ejus successoribus. vii. 346

1423. 19. Junii. Gabriel de Spoleto Prior S. Mariæ de Nazareth constituit sui Conventus Procuratorem Antonium Marino pro recuperandis bonis ipsius Conventus. ix. 306

1424. 4. Maii. Albanus Baduarius S. Marci Procur. Judex Arbiter lata sententia dirimit lites vertentes inter Familiam Baduariam ex una, & Sodalitium S. Joannis Evang. ex altera parte. vi. 373

1425. 10. Januarii. Fratres Congreg. B. Petri de Pisis renuntiant locum S. Job, quem eis concesserat Lucia Delphino filia Joannis Contareno. xii. 99

1427. 16. Martii. Andreas Bono Abbas S. Gregorii Vicar. Petri Donati Episc. Castell. Gratiosam de Stella electam Abbatissam S. Hieronymi Venet. inducit in possessionem Abbatissatus. ii. 138

—— Andreas Bono Abbas S. Gregorii Vicar. Petri Donati Episcop. Castell. Gratiosam de Stella electam Abbatissam S. Hieronymi Venet. confirmat. ii. 136

1428. 24. Novembris. Lucia Delphino concedente sibi authoritate Apostolica facultatem Victore de Bonfantinis Pontificio subdelegato, concedit Marco Quirino Minori Observanti pro se, & Fratribus sui Ordinis Capellam S. Job perpetuo possidendam. xii. 101.

1430. 9. Januarii. Commune Vallis S. Eusebii Diœcesis Paduanæ homines Monasterii S. Mariæ de Orbisio

bisio ab omni onere imposito & imponendo penitus absolvit. x. p. III. 80

—— 22. Aprilis. Ludovicus Barbus Abbas & Capitulum S. Justinæ Patavinæ concedunt Prioribus de Orbisio Hospitale S. Jacobi de Spàta. x. p. III. 82

1432. 11. Februarii. Monachi S. Georgii M. Venet. se submittunt obedientiæ, & correctioni Congregat. S. Justinæ Patav. VIII. 266.

—— 16. Julii. Vidonus Archipresb. Torcell. in possessionem Monasterii S. Nicolai de Cavana inducit Abbatissam S. Catharinæ de Majurbio. x. 387

1433. 23. Januarii. Plebanis ad Consilium Basileense processuris assignantur a Colleg. Congregationum salaria. IV. 26

—— 7. Maii. Paulus de Maphæis Veronen. Prior. S. Mariæ de Charitate Deleg. Apost. unit Monasterium S. Clementis Monasterio S. Mariæ de Charitate. IX. 243

—— 6. Junii. B. Ambrosius Gener. Ord. Camald. eximit Monasterium S. Michaelis de Muriano ab omni cujuscunque Vicarii auctoritate & Generali immediate subiicit, quæ exemptio confirmatur a B. Comesso Gen. x. p. III. 64

1434. 2. Januarii. Lucia Delphino renuntiat Guidoni de Arimino Vicario Ministri Provinciæ S. Antonii quodlibet juspatronatum, quod sibi competeret in loco, seu Capella S. Job Venet. XII. 105

1437. 18. Martii. Judices Arbitratores decernunt Monasterium S. Helenæ teneri ad annuam sulutionem census Episcopatui Castell. solvendi. IX. 204

—— 29. Julii. Prior & Conventus SS. Joannis & Pauli certis statutis conditionibus concedunt Confratribus Sodalitii S. Marci locum pro extruendo Hospitio. VII. 296

—— 6. Septembris. Michael de Sibinico Prior S. Danielis Venet. concedit certis statutis conditionibus Monasterium ipsum Claræ Omnibono ejusque sociis pro ædificando Monasterio Monialium. IV. 215

1438. 12. Martii. Michael de Sibinico Prior S. Danielis Venet. acquiescit sententiæ S. Laurentii Justiniani, & Claræ de Omnibonis ejusque sociis cedit Monast. S. Danielis reservata sibi pensione Ducat. centum Venetorum. IV. 223

1439 25. Februarii. Abbatissa S. Euphemiæ de Majurbio apprehendit possessionem Monasterii S. Angeli de Aymanis. x. 373

—— 13. Maii. Conventiones inter Priorissam & Moniales S. Mariæ de Angelis ex una, & Abbatissam & Moniales S. Laurentii de Aymanis ex altera parte initæ pro unione utriusque Monasterii: Abbatissa tamen S. Laurentii sese recipiente cum suis Monialibus ad Monast. S. Margaritæ Torcelli ubi electa fuerat Abbatissa. x. p. II. 277

—— 13. Julii. Maurus de Papia Abbas S. Justinæ Patav. ex commissione sibi facta ab Eugenio IV. Monasterium Charitatis Venet. separat a Monasterio S. Mariæ in Portu Ravennatensi, cui subjectum fuerat. V. 185

—— 14. Septembris. Andreas Abbas de Columba mandat Petro Abbati S. Mariæ de Folina, ut præsideat electionibus Abbatissæ in Monasteriis S. Mariæ de Celestia, & aliis

alils Monialium Cistercienfium. XI. 259

—— 15. Decembris. Abbas & Conventus S. Georgii Majoris concedunt insulam S. Mariæ de la Cavana Fr. Conrado, ejusque sociis Eremitis Congreg. S. Hieronymi institutæ a Carolo de Monte Granello. VIII. 318.

1440. 2. Novembris. Delegati Apostolici ex mandato Eugenii IV. supprimunt in Monasterio S. Niculai de Muriano Ordinem Sancti Benedicti, in cujus loco subrogant institutum Monialium Clarissarum. X. p. II. 345

1441. 4. Julii. Alphonsus de Caneis rubeis Deleg. Apost. Prioratum S. Margaritæ de Pulveraria a Congregatione S. Georgii in Alga disjunctum unit Monasterio S. Mariæ de Virginibus. IV. 80

—— 6. Septembris. Prior, & Patroni S. Mariæ de Misericordia assentiunt Translationi Sacelli Sanctæ Christinæ V. M. XII. 192

—— 15. Octobris. Petrus Blanco Abbas S. Felicis de Aymanis Deleg. Apost. unit & annectit Monasterium S. Jacobi de Palude Monasterio S. Margaritæ de Torcello. X. p. II. 385

1442. 6. Junii. Fantinus Dandulus Protonot. Apostol. donat quasdam domos ad dilatandam Ecclesiam S. Lucæ. XII. 254

—— 11. Februarii. Andreas Abbas de Columba instituit Visitatorem Monasteriorum S. Mariæ de Cœlestibus Hieronymum Trivisanum Abbatem S. Thomæ Torcell. XI. 261

—— 31. Martii. Joannes Magdale Procurator & Visitator Gener. Ord. Cisterciensis quasdam ordinationes statuit pro bono regimine Monasterii S. Thomæ de Torcello. X. 267

1443. 11. Aprilis. Amadeus Canon. Tarvis. Rector Ecclesiæ S. Mariæ de Angelis extra Oppidum Sacillis ipsam Ecclesiam resignat Fr. Joanni Rubino Veneto Ordin. Eremitarum coram Luca Mudacio Episcop. Caprulensi Subdeleg. Apost. XII. 314

—— 14. Septembris. Collegium Venetum Congregationum eligit in Judicem arbitrum & arbitratorem Divum Laurentium Episcop. Castell. IV. XXIV.

1445. 25. Januarii. Ludovicus de Dardanis Sindicus Cruciferorum instituit Priorissam Hospitalis Armelinam de Aragonibus. II. 193

1447. 20. Octobris. Franciscus Griti Pleban. S. Pantaleonis Subdeleg. Apostol. admittit cessionem Monasterii S. Hieronymi de Tarvisio factam a Bartholomæa ipsius Abbatissa, ipsumque Monasterium adnectit alteri Tarv. Monasterio S. Christi. II. 353.

1451. 3. Augusti. Bartholomæus Abbas S. Nicolai de Litore rogat Eugenium IV. ut suum Monasterium uniat Congregationi S. Justinæ de Padua, seque paratum dicit ad renuntiandum regimini illius Monasterii, salva congrua pensione, cui assensit Pontifex, remque delegavit D. Laurentio Episcop. Castell. IX. 120

—— 58. Novembris. Moniales S. Agnetis de Pulveraria retinentur in suo Monasterio, quod Canonicis Regularibus S. Spiritus Venet. concessum fuerat. IX. 266

1453. 10. Maii. Redditus Monasterii S. Mariæ Angelorum de Mu-

Muriano dividuntur inter Moniales in eodem remanentes Monasterio, ac Moniales ad Venetum S. Justinæ Monasterium transmigrantes. xi. 217

1454. 18. Junii. Præsidens Gener. Congreg. S. Justinæ constituit delegatos ad assumendam possessionem Monasterii S. Nicolai de Litore jam adnexi eidem Congregationi. ix. 127

—— 8. Septembris. Ludovicus Briani Prætor Castri S. Laurentii statuit terminos territorii Abbatiæ S. Michaelis de Lemmo in exequutionem sententiæ latæ ab Andrea Bono Episcop. Equilino Delegat. Apost. x. p. iii. 154

1457. 18. Januarii. Joannes Abbas de Fossanova Reformator Ord. Cisterciens. Abbatissam S. Maphæi de Majurbio ab administratione expellit, atque in illud Claram Amuliam Abbatissam S. Mariæ de Cælestia inducit, ut idem reformet. x. 343

1458. 25. Octobris. Joannes de Marostica Subdeleg. Apostol. exequutioni mandat literas Calisti iii. quibus Jacobo Gradonico Clerico Veneto conceditur pensio cxv. Florenorum super Monasterium S. Cypriani de Muriano. x. p. iii. 268

1460. 28. Febrnarii. Petrus Deste Primicer. Torcell. Deleg. Apostol. Monasterium S. Jacobi de Palude in Prioratum instituit, ipsumque Fr. Francisco Ariminensi tradit. x. p. ii. 397

1463. 16. Januarii. Duo Sodalitia SS. Philippi & Jacobi unum, & S. Apolloniæ alterum coalescunt in unum assentiente Consil. X. cui deinde Sodalitio Domum concedit certis statutis conditionibus Laurentius Michael Abbas SS. Philippi & Jacobi. xii. 238

1467. 29. Aprilis. Antonius de Lauris Pleban. S. Martini Collector Gener. Apost. assignat Monasterio S. Stephani Venet. bona quæ olim fuerant Fr. Joannis Rubino Episc. Limosiensi Ord. Eremitarum S. Augustini. xii. 316

—— 8. Julii. Antonius Saracco Vicar. Gener. Venet. Sede vacante declarat Monasterium Sanctæ Marthæ liberum esse a subjectione Ecclesiæ Paroch. S. Nicolai de Mendiculis. vi. 133

1468. 4. Aprilis. Franciscus Memo Procurator Conventus S. Matthæi de Majurbio alium Procuratorem instituit, qui impetret a Summo Pontifice Prælatum pro regendo eodem Conventu. x. 344

1469. 4. Augusti. Laurentius Michael Abbas SS. Felicis & Fortunati de Aymanis ex Diplomate Pauli II. unit Ecclesiam Parochialem S. Salvatoris de Muriano Monasterio S. Mariæ de Angelis de Muriano. x. p. ii. 287

1470. 26. Martii. Nobiles Danduli concedunt Episcopo Archadiensi Monasterium S. Pauli in Creta cum conditione, ut si adveniant Fratres Servorum, illud eis renuntiet. ii. 78

—— 28. Julii. Documenta pro religiosis militibus Theutonicorum Monasterii Sanctissimæ Trinitatis. xiv. 271

1471. 14. Februarii. Marcus Marinus Plebanus S. Fantini Deleg. Sixti IV. unit Monasterio S. Dominici de Tusculano Monasterium S. Crucis de Judaica. i. 81

1472. 29. 31. Julii. Michaelem Trivisanum a familia Trivisana delectum

lectum & a Veneto Senatu postulatum Sixtus IV. in Abbatem S. Thomæ de Torcello instituit, eique ut a quocunque Catholico Antistite benedictionis munus accipiat, indulget. x. 269

1473. 14. Maii. Victor Trivisano confitetur se debere censum Ecclesiæ Matrici S. Mariæ de Muriano. x. p. III. 275

1474. 1. Januar. Moniales Omnium Sanctorum de Venetiis congregatæ eligunt in primam Abbatissam sui Monasterii Euphrosinam Berengo Monialem S. Maphæi de Majurbio. v. 278

1475. Nobiles Mulieres ex Euboca insula dilapsæ opem ad subsidium vitæ implorant. XI. 293

1476. 30. Martii. Supplices libelli Sixto IV. porrecti a Monialibus S. Mariæ Annuntiatæ ut eis concedatur Ecclesia S. Luciæ jam unita Monasterio Corporis Domini, quibus annuit Pontifex. VIII. 357

—— 15. Maii. Paulus Rusconus Canon. Cervien. Deleg. Apost. in exequutionem literarum Sixti IV. Paræciam S. Luciæ dividit a Monasterio Corporis Domini, cui unita fuerat, & adnectit Monasterio S. Mariæ Annuntiatæ. VIII. 361

—— 28. Maii. Sanctimoniales Corporis Domini cedunt Monialibus Annuntiatæ Ecclesiam Paræcialem S. Luciæ, cum ea tamen conditione, ut Corpus S. Luciæ ad Ecclesiam Corporis Domini deducatur, VIII. 368

—— 20. Septembris. Marcus Pleban. S. Fantini Deleg. Apostol. concedit Monialibus S. Mariæ Annuntiatæ Monasterium & Ecclesiam S. Luciæ, Monialibus vero Corporis Domini concedit, ut corpus ejusdem Sanctæ Luciæ ad suam possin transferre Ecclesiam. VIII. 372

—— 22. Novembris. Abbas S. Mariæ de Barbana Subdeleg. Apostol. statuit Sanctimonialibus tum Corporis Domini, tum S. Luciæ spatium trium dierum pro decisione controversiæ de translatione Corporis S. Luciæ. VIII. 380

—— 17. Decembris. Procutator Monasterii S. Mariæ Annuntiatæ provocat ad Sedem Apostolicam super sententia Abbatis de Barbana Judicis Subdelegati. VIII. 385

1479. 2. Septembris. Antonius Plebanus S. Martini Venet. sententiam fert in causa proventuum inter Joannem de Angelis Pleban. & Franciscum de Rubeis Titulatum Sanctæ Mariæ Murianensis. x. p. II. 130

1481. 21. Aprilis. Definitores Capituli Generalis Camaldulensis uniunt Monasterio S. Michaelis de Muriano Prioratum S. Martini de Opitergio, cujus loco recipiunt Abbatiam Lemmi, eam subiicientes Sacræ Eremo Camaldulensi. x. p. III. 75

—— 25. Maii. Petrus Riolis Visitator Cisterciensis visitat, & reformat Monasterium S. Mariæ de Celestibus. XI. 266

—— 24. Julii. Joannes de Angelis Pleban. S. Mariæ Murianen. fatetur se recepisse solutionem census pro Monasterio S. Michaelis de Muriano. x. p. III. 55

—— 8. Septembris. Indulgentiæ Rhodianæ conceduntur Sodalitio S. Georgii Sclavorum erecto Venetiis. XII. 394

1482. 18. Februarii. Procuratores Hos-

Hospitalis sancti Lazari constituunt ejusdem Hospitalis Priorem Philippum Cornarium loco Jacobi de Raynaldis, qui ejusmodi Prioratui renuntiaverat. IX. 284

—— 21. Apr. Definitores Capituli Generalis Camaldul. uniunt Monasterio sancti Michaelis de Muriano Prioratum sancti Martini de Opitergio, cujus loco recipiunt Abbatiam Lemi, eam subjicientes Sacræ Eremo Camaldulensi. X. p. III. 75.

1484. 30. Decembr. Prior Cruciferorum de Portu Guario constituit sui Monasterii Procuratorem Andream Bono Nobil. Venetum. XIV. 67

1486. 16. Junii. Subdelegati Apostolici approbant emphitheosim factam per Maphæum Gerardum Patr. Venetiarum de antiquo Patriarchatu Gradensi prope Sanctum Silvestrum Scholæ Sancti Rochi. III. 144

—— 21. Septembris. Eremitæ sancti Sebastiani & Capitulum sancti Raphaelis conveniunt de Oratorio, & Cæmeterio construendis in loco Sancti Sebastiani. V. 315

1487. 28. Septembris. Jura Monasterii S. Mathiæ super quasdam aquas & paludes eidem Monasterio adhærentes sententia Judicum Publicorum confirmantur. X. p. III. 48

1488. 9. Martii. Translatio Crucis Domini Nostri Jesu Christi ad S. Georgium Majorem Ven. VIII. 274

—— 31. Maii. Redditus Ecclesiæ sancti Apollinaris dividuntur inter Plebanum & Titulatos. III. 161. seq.

—— 1. Augusti. Procuratores Ecclesiæ S. Johannis de Rivoalto assignant ejusdem Ecclesiæ Plebano certos redditus annuente Duce Venetiarum. III. 195

1489. 15. Maii. Johannes Abbas Gener. Cistercien. eligit Petrum de Perusio in Confessarium Sanctimonialium sanctæ Mariæ ad Cælestia. XI. 269

—— 20. Maii. Joannes Abbas Generalis Ordinis Cisterciensis instituit Visitatorem Monasteriorum sui Ordinis in Dominio Veneto Hieronymum Abbatem S. Thomæ de Torcello. X. 273

1490. 9. Augusti. Fr. Antonius Alabantus Generalis Ord. Servorum participat bona spiritualia sui Ordinis Nicolao Dandulo ob concessum Monasterium Sancti Pauli de Creta. II. 79

—— 21. Octobris. Procuratores Ecclesiæ & Monasterii sancti Lazari instituunt Priorem ejusdem Monasterii Hieronymum de Thomasiis. IX. 286

1292. 18. Aprilis. Constantius Magister Gen. Ordinis sancti Spiritus de Saxia recipit in Ordinis consortium Moniales S. Spiritus Venetiarum. V. 134

1493. 1. Januarii. Provincialis, & Equites Theutonici concedunt in emphitheosim Sodalitio SS. Trinitatis partem sui horti pro erigendo ædificio. V. 27. seq.

—— 13. Aprilis. Commissarii Helenæ Vioni ædes ad ipsa Helena pauperibus legatas concedunt Polixenæ Premarino ejusque sociis Tertii Ordinis Sancti Francisci. XI. 295

—— 13. Apr. Commissarii Helenæ

lenæ Vioni ædes ad ipsa Helena pauperibus legatas concedunt Polixenæ Premarino ejusque sociis Tertii Ordinis Sancti Francisci. XI. 295

—— 22. Maii. Capitulum Lateranense renovat Ecclesiæ Sancti Sebastiani privilegia Basilicæ Lateranensis jam concessa eidem Ecclesiæ, sub titulo sanctæ Mariæ plenæ gratia, & misericordia. V. 318

— — Fratres sancti Sebastiani Venet. exorant Alexandrum VI. ut concessionem de quadam petia terræ factam a Plebano sancti Raphaelis Apostolica auctoritate confirmet. V. 319

—— 17. Octobris. Hieronymus Trivisano Abbas sanctæ Thomæ de Torcello Subdeleg. Apostolicus citat coram se Thomam Donatum Patriarcham Venetiar. in causa contra Mariam Caroldo assertam Abbatissam Monasterii Spiritus Sancti. XIV. 277

1495. 3. Febru. Hieronymus de Avantio donat Ecclesiam Sanctæ Mariæ prope Oppidum Plebis Sacci Ordini Servorum B. M. Virg. II. 97.

—— 20. Febr. Conventus sancti Sebastiani & Capitulum sancti Raphaelis conveniunt pro liberatione census a Monasterio sancti Sebastiani debito Ecclesiæ sancti Raphaelis. V. 320

—— 4. Junii. Hieronymus Trivisano Abbas Commendatarius Monasterii Sancti Thomæ de Torcello Monasterium ipsum, certis assignatis redditibus, Congregationi Monachorum Cistercien. de Lombardia concedit, ut Monachos in illud inducat, qui Ecclesiam Divinis Officiis excolant. X. 275

—— 19. Septembris. Delegati Apostolici confirmant transactionem factam inter Monasterium S. Sebastiani & Capitulum Sancti Raphaelis. V. 323

1496. 4. Augusti. Procuratores Hospitalis Sancti Lazari statuunt Hieronymo Priori expensas victus pro ipso & sua familia. IX. 289

—— 28. Augusti. Plebanus & Capitulum S. Mariæ de Muriano concedunt Mariæ Arlatti Ecclesiam sancti Andreæ pro construendo Monasterio Monialium Observantium. X. p. II. 214

—— 30. Augusti. Benedictus de Monteflascone Venetiis degens donat quandam petiam terræ Capitulo Lateranensis Basilicæ Romanæ. XI. 182

—— 3. Septembris. Capitulum & Canonici Basilicæ Lateranensis concedunt Benedicto de Monte Flascone petiam terræ Venet. pro ædificatione. XI. 183

—— 4. Novembris. Procuratores Hospitalis sancti Lazari confirmant in Priorem dicti Hospitalis Hieronymum de Thomasis cum omnibus utilitatibus, quibus ejus præcessores fruebantur. IX. 289

1499. 1. Febr. Capitulum sancti Stephani Murian. assentit, ut Stephanus Epis. Torcell. eligere possit pro una vice Diaconum Titulatum & instituere alium Titulum Subdiaconi in ipsa Ecclesia S. Stephani. X. p. II. 151

1500. 9. Febr. Vicar. Gen. & Fratres de Observantia rogant Alexandrum VI, ut Moniales sancti Sepulcri dilatare possint suum Mona-

nasterium destruendo domos assignatas in Hospitium peregrinarum, atque ipsi Fratres non teneantur eas suscipere sub cura sua, quas preces Pontifex delegat Patriarchæ Veneto. XI. 299

1501. 16. Octobr. Joannes Trivisanus Abbas electus S. Cypriani de Muriano emitit professionem Regularem coram Bartholomæo Paruta Episcopo Philadelphiensi. X. p. III. 282

1503. 5. Maii. Delegati Apostolici confirmant emphitheosim factam a Stephano Episcopo Torcellano. X. 90

—— 26. Augusti. Antonius de Taillatiis Canon. Torcell. se removet a regimine Ecclesiæ sanctæ Mariæ Magdalenæ de Gajata, ipsamque cedit, & renuntiat Monasterio Sanctimonialium sanctæ Catharinæ de Majurbio. X. 393

—— 26. Augusti. Hieronymus Trivisanus Abbas S. Thomæ de Torcello Deleg. Apostol. erigit Monasterium sanctæ Mariæ Majoris Ord. S. Claræ. V. 375

1505. 10. Martii. Plebanus, & Capitulum sancti Canciani concedunt Hieronymo Lauredano, & Johanni Petro Pulverino Sacellum S. Venerandi in eadem Ecclesia positum. II. 224

—— 12. Martii. Mulieres Eremitæ apud Ecclesiam sancti Johannis Lateranensis Venet. constituunt Procuratores pro obtinenda facultate a Capitulo Lateranensis Basilicæ erigendi Monasterium apud ipsam Ecclesiam. XI. 184

—— 22. Augusti. Sorores tam Conventuales, quam Observantes Tertii Ordinis sancti Francisci eligunt pro dirimendis controversiis inter ipsas exortis Judicem arbitrum Hieronymum Trivisanum Abbatem sancti Thomæ Burgundionum. VIII. 62

1507. 8. Febr. Monasteria Veneta Fratrum Ordinis Servorum obligant bona sua pro acquisitione domus in civitate Bononiæ. XII. 417

1508. 31. Martii. Delegati Apostolici confirmant concessionem loci factam a Priore Misericordiæ. XII. 195

1508. 8. Maii. Sorores Tertii Ordinis S. Francisci Conventualium approbant instrumentum remissionis appellationis factum a Fr. Germano de Casali Ordin. Minor Convent. ipsarum Sororum Procuratore in causa vertente inter ipsas ex una, & Sorores dicti Tertii Ordinis de Observantia ex altera parte. VIII. 64

1511. 22. Novembris. Acta pro ædificatione Sacelli sanctæ Crucis in Herusalem & Sacelli Corporis Domini quæ in Ecclesia Patriarchali Venetiarum ab Antonio Contareno Patriarcha erecta & dotata fuerunt. XIII. 285

1512. . . Maji. Plebanus & Capitulum sancti Hieremiæ dant facultatem Rectoribus Hospitalis apud Sancti Job celebrare faciendi Missas, & aliquas solemnitates peragendi. XII. 169

1514. 17. Maii. Capitulum Congreg. Camald. permutat bona Monasteriorum Sancti Mathiæ & Sancti Michaelis de Muriano. X. p. III. 153

1515. 2. Junii. Plebanus sancti Johannis Novi Deleg. Apostol. confirmat

firmat concessionem Sacelli sancti Venerandi factam a Capitulo sancti Canciani Hieronymo Lauredano. II. 226

1516. 19. Martii. Peregrinus de Magnis Monachus Camald. Procurator sancti Michaelis de Muriono accipit possessionem Prioratus sanctæ Mariæ de Orbigio. X. p. III. 84

—— 15. Junii. Consilium Communis Buriani Monialibus Ordinis sancti Benedicti concedit Ecclesiam sancti Viti de Buriano. XIV. 426

—— 16. Julii. Plebani sancti Hermagoræ & sancti Apollinaris Judices Delegati a Cardinali Pœnitentiario approbant venditionem Capituli S. Pantaleonis factam Sodalitio S. Rochi. VI. 327

1517. 18. Febr. Plebanus & Capitulum Sancti Canciani Hieronymo Lauredano sic requirenti pro Sacello sancti Venerandi concedunt aliud ejusdem Ecclesiæ Sacellum nomine S. Luciæ. II. 228

1518. 25. Aprilis. Moniales S. Crucis de Judaica concedunt Carmelitis Congreg. Mantuanæ Monasterium Sancti Angeli de Contorta. XII. 434

1519. 27. Junii. Acta coram Altobello Averoldo Episc. Polensi Leg. Apostol. in causa reformationis Monasterii S. Mariæ de Virginibus. IV. 21. seq.

—— 27. Novembris. Synodus Cleri Veneti in Ecclesia S. Moysis præsente Nuntio Apostolico congregatur; ubi multa statuuntur. IV. 29

1524. 12. Augusti. Joannes Trivisanus Junior petit a Clemente VII substitui in Abbatia Sancti Cypriani de Muriano, quam renuntiare cogitat Joannes Trivisanus senior Abbas ipsius Monasterii annuente Pontifice per scriptum Fiat. X. p. III. 297

1528. 14. Jan. Acta pro erectione Sacelli Annuntiatæ Virginis in Insula S. Michaelis Archangeli de Muriano. X. p. III. 86. & seq.

1532. 8. Augusti. Gener. Magister Ordinis S. Spiritus de Saxia Confratres Sodalitii sancti Spiritus Venet. ad servanda pacta inita cum Monialibus sancti Spiritus pariter Venet. gravibus verbis compellit. V. 141

1534. 15. Decembris. Zacharias Lunensis Ord. Prædic. recipit a Generale sui Ordinis facultatem recipiendi Insulam & Monasterium S. Secundi. VI. 17

1536. 15. Maii. Vincentius Lunellus Gener. Ord. Minor. facultatem concedit Fr. Mathæo de Bascio disseminandi ubicunque ei placuerit Evangelium. VIII. 32

—— 21. Maii. Georgius Plebi sancti Martini Murian. jurat accedere ad Ecclesiam Matricem sanctæ Mariæ in Dominica Palmarum, & ea omnia observare, quæ in sententia Henrici Patr. Grad. continentur. X. p. II. 137

—— 18. Decembris. Hieronymus Verallus Legat. Apostol., & Jacobus Pisauro Ep. Paphensis Deputati Apostolici lata sententia decernunt Abbatem Commendatarium S. Thomæ de Burgundionibus teneri ad solutionem Decimarum pro Mensa Conventuali ipsius Monasterii. X. 290

1537. 25. Maii. Fr. Cherubinus Commissarius in Provincia S. Antonii Min. Observant instituit Fr. Joan-

Joannem Barbaro Præsidentem super ædificium Ecclesiæ S. Francisci de Vinea. VIII. 52.

1543. 3. Septembris. Fratres S. Mariæ Servorum de Venetiis donant Ecclesiam S. Mariæ prope Oppidum Plebis Sacci Sor. Marcellæ Minio pro construendo Monasterio. II. 98.

1546. . . Jan. Joannes Holferus Archidiac. Aquisgrani significat Canonicos Aquisgranenses concessisse Francisco Ferdinandes (del Gado) multas reliquias. II. 314.

—— 28. Febr. Andreas Bamberger Abbas S. Martini Trevirensis donat Francisco del Gado nonnullas reliquias. II. 316.

— — Aprilis. Fr. Didacus Guardianus Fratrum Minorum Norimbergæ donat Francisco del Gado quasdam reliquias. II. 315.

—— 28. Maii. Joannes Clavus Magist. Gen. Ord. Min. instituit suum Commissarium Fr. Joannem Barbaro ad perficiendam Ecclesiam sancti Francisci de Vinea. VIII. 54.

1548. 28. Maii. Fratres Ord. Servor. B. M. V. Venet. concedunt Ecclesiam & ædem in Buriani Insula positas tribus Sanctimonialibus ut ibidem Monasterium extruere possint. X. p. II. 27.

1550. 12. Martii. Heremitæ Moniales S. Joan. Lateranensis Venet. constituunt Procuratores ad obtinenda facultatem a Capitulo Lateran. erigendi Monasterium. XI. 184.

1551. 26. Augusti. Victor Puteolanus Vicar. Patr. Venet. mandat exequutioni litteras Julii III, quibus concedit, ut absente Patriarcha possit ejus Vicarius judicare lites novem Congregationum Cleri Veneti. XIII. 326.

1559. 8. Martii. Franciscus Mussolinus Civis Venetus Comes Palatinus ex auctoritate olim a Sigismundo Imper. Familiæ suæ concessa instituit publicum Imperiali auctoritate Notarium Fratr. Petrum de Lauredis Ordin. Sancti Dominici. VII. 284.

1566. 22. Jan. Delegati Apostolici liberant titulo paupertatis Monasterium Sancti Jacobi de Muriano a solutione Decimarum. X. p. II. 179.

1574. 3. Aprilis. Vicarius Gen. Patr. exequitur litteras Gregorii XIII, quibus detentores scripturarum ad Eremitas S. Hermacoræ pertinentium ad restitutionem compelluntur. V. 261.

1575. 22. Junii. Silvius Galassus Auditor Generalis Nuntii Apostolici lata sententia decernit Eremitas S. Hermacoræ eligere posse sibi Confessarium, qui celebrare, & Eucharistiæ Sacramentum administrare eis licite & libere possit; quam sententiam confirmavit Nicolaus Galerius Vicar. Padu. Judex Delegatus. V. 263. seq.

1579. 7. Augusti. Ex corpore S. Barbaræ Torcelli in Ecclesia sancti Joannis quiescente extrahitur Os, ut concedatur publico munere Imperatrici illud exposcenti. X. 134.

1581. 15. Augusti. Translatio Corporis S. Stephani Protomart. de vetere ad novam Ecclesiam Sancti Georgii M. in ara eidem Protomartyri dicata. VIII. 276. seq.

1582. 18. Junii. Prior & Conventus Sanctorum Joannis & Pauli concedunt Sacellum S. Dominici, Con-

Confraternitatis Sanctorum Rosarii propter augmentum ipsius devotionis. VIII. 285

. 1585. 22. Novembris. Duo Plebani Commissarii Appostolici inducunt in possessionem novi Monasterii S. Bartholomæi Venet. Fratr. Nicolaum Christiani Ord. Minimorum. IV. 329

—— 29. Novembris. Capitulum Basilicæ Romanæ Lateranensis Monasterio S. Joannis Lateran. Venet. census non solutos remitit, eique sua privilégia renovat. XI. 188

1586. 4. Augusti. Vicar. Tarv. exequitur literas Sixti V, quibus statuitur, ut Regulares inservientes Ecclesiæ Parochialis de Lovadina habitum propriæ Religionis deferant, nec assumere teneantur habitum Cistercienfem. X. p. II. 318

1588. 29. Apr. Joannes Trivisanus Abbas S. Cypriani de Muriano assentit, ut Ecclesia S. Margaritæ separetur ab Abbatia S. Cypriani, & concedatur Familiæ Gradonicæ. X. p. III. 303

1593. 6. Apr. Corpora Sanctorum Eutychii Patr. Constant. Cosmæ & Damiani Fratrum Martyr. Transferuntur ex vetusto ad novum Templum Sancti Georgii M. VIII. 285

1594. 14. Julii. Stehanus Trivisanus Abbas Commendatarius S. Thomæ de Torcello vendit Præsidibus Ord. Cistercien. de Lombardia domum suam positam in confinio S. Margaritæ; ut ibidem ædificent Monasterium, ad quod deducant Monacos sancti Thomæ Torcell. XII. 40

1595. 15. Apr. Capitulum Lateran. Romanæ Basilicæ Monialibus S. Joannis Lateranensis privilegia jam concessa renovat, & restituit. XI. 190

—— 30. Augusti. Procuratores deputati a Maximiliano Duce Austriæ Magno Magistro Theutonicorum ejus nomine vendunt Prioratum SS. Trinit. Venet. pro erigendo Seminario Patriarchali Clericorum, venditionem approbante Clemente VIII. V. 48

—— Octob. Instrumentum inter DD. Franciscum Oranum Petrum Ragnum, & Baptistam Bernerium Procuratores Arciducis Austriæ magni Magistri Religionis Theutonicæ, & Reverend. D. Laurentium Prezzatum Proc. Illustrissimi Patr. Venet. circa Prioratum SS. Trinitatis Venet. V. 48

1597. . . Octob. Quietatio facta Seminario a D. Petro Ragno Proc. Serenissimi Maximiliani de Ducatis 11765. gross. 10. ad bonum computum Ducatur. quatuordecim millia debitorum pro Prioratum SS. Trinitatis pro totidem exbursatis. V. 62. seq.

1610. 20. Decembris. Os sancti Pantaleonis seu potius S. Platonis M. jussu Dominici Abbatis collocatur in urna lapidea ad Altare S. Andreæ Apost. VIII. 286

1623. 2. Febr. Capitulum Basilicæ Lateranensis Monasterio Veneto S. Joannis Lateran. sua privilegia confirmat. XI. 192

1643. 11. Septembris.. Abbas & Can. Reg. sanctæ Mariæ de Charitate facultatem concedunt ædificandi Sacellum in Ecclesia sancti Clementis. IX 223

1660. 11. Junii. Leonorus Rizzardi Provincialis Ord. Prædic. fundat

dat Observantiam Regularem in Monasterio S. Secundi. VI. 22

1663. 27. Novembr. Joan. Baptista de Marinis Magist. Gen. Ord. Prædic. Conventum sancti Secundi Venet. esse & censeri debere Collegiatum, decernit. VI. 48

1669. 25. Junii. Eremitæ sancti Hermacoræ supplicant Clementi IX, ut ad tollendas molestias Præsbyterorum S. Hermacoræ, eis concedat, ut emittere valeant professionem Regularem. V. 267

1689. 6. Junii. Instrumentum depositionis Corporis S. Helenæ. IX. 212

1715. 9. Martii. Fr. Antonius Maria Castelli Sodalitium Mulierum in Veneta Servorum Ecclesia erectum admitit ad participationem bonorum spiritualium sui Ordinis, II. 104



INDEX

INDEX ALPHABETICUS NOMINUM ILLUSTRIUM

Et Rerum Notabilium.

Numerus Romanus Tomum indicat, Arabus vero paginam denotat.

A

DE ABBATIBUS Loto fundat Monast. S. Antonii Abb. Venetiar. IV. 295

SS. ABDON, & SENNEN eorum capita. II. 338

ALBERICUS Archiep. Magdeburgensis. IX. 387

ABIOSO Octavius Ep. Pistoriensis consecrat Eccl. S. Crucis de Luprio. IX. 321

ACCIAJOLO Angelus Card. Episc. Hostiensis. Committitur ei causa confirmationis Ord. de Poenitent. S. Dominici. VII. 104. & sequ.

ACCON seu ACHON Civitas X. 113. & seq.

ACCURSIUS Vicar. Castell. indulget facultatem extruendi Oratorium Ord. Serv. II. 71. Permittit aedificari Hospitale S. Andreae Ap. & S. Marthae Virg. VI. 88. Ejus sententiae. VI. 89. & seq. 109. Memoratur. IX. 347. XIII. 37. 203

de ACERBIS Bartholomaeus Vicar. Italiae Ord. Praedic. ejus epistolae pro confirmatione Ordinis de Poenit. S. Dominici. Vide Epistolae: Prior SS. Joannis & Pauli. VII. 248

S. Achilleus Mart. ejus Reliquiae. XI. 315

ACOTANTO B. Petrus. Ejus vita translatio, & miracula. I. 95. Ejus imago. I. 97. Ejus panegyris. Ibid. Ejus cultus. I. 100

—— Familia erigit Hospitale apud S. Raphaelem. I. 94

ADAM Episcop. Aemoniae transfert corpus S. Maximi. II. 217

ADAMI Familia Fundatrix Eccl. S. Barnabae. V. 379

ADELARDUS Episc. Veronen. XI. 316. 346

ADELGERIUS Episc. Tergestinus assentit donationi factae Monaster. S. Nicolai de Litore. IX. 4. 98

ADRIANA seu ANDRIANA Patavina asserta Fundatrix Monast. & Eccl. S. Raphaelis. V. 330. sequ. XI. 306

ADRIANUS IV. Vide Diplomata Sum. Pontificum.

ADRIANUS VI. Vide Diplomata Sum. Pontificum.

ADRIANUS Ord. Praedic. Theologus in Concilio Tridentino, Quaesitor Fidei, & deinde Episc. Justinopolitanus. VII. 326. & seq.

S. ADRIANUS Mart. assertus contitularis Eccles. S. Mauritii. III. 379. Caput Sancti Adriani M. in Ca-

Cathedrali Torcellana. x. 51. Vide Monasteria desolata.
ADVOCATI Ecclesiarum, & Monasteriorum. IX. 99. 100. 342. 382. x. p. III. 224. 225. 229
ÆGIDIUS Card. Ordin. S. August. præsidet Capitulo Generali sui Ordinis Venetiis. XII. 310
ÆGIDIUS de Galluziis perperam assertus ab Ughello Episc. Torcell. x. 32
ÆGIDIUS Graden. Patr. Ord. Prædicat. III. 22. Administrator Eccles. S. Bartholomæi. II. 319. interfuit translationi brachii Sancti Georgii VIII. 162. Ejus sententia. x. 328. Vide Diplomata Patriarchalia.
ÆGIDIUS Episc. Torcell. Ord. Prædic. x. 27. Patria Bononiensis. x. p. II. 64. 113. Dat Indulentias Eccles. S. Felicis. II. 160. Præsentat jura suæ Ecclesiæ Judicibus Publicorum. x. 77. Permittit ædificationem Monast. S. Mariæ Vallis Viridis de Majurbio. x. 367. 368. Permittit ædificationem Monast. S. Matthæi de Muriano. x. p. II. 200
ÆGIDIUS Tyrensis Archiepisc. x.** 232
ÆGINA Insula unde delatum caput S. Georgii. VIII. 175. Ejus querellæ de ablato capite. VIII. 177. 178. Miracula in ea Insula. VIII. 181. Munitur. VIII. 194. 271
ÆMILIANO Familia; Fundatrix Eccles. S. Thomæ. XI. 326.
—— B. Hieronymus urget fundationem Hospitalis Derelictorum, & in eo inducit pueros Orphanos. III. 272. & seq. Ejus cultus & ara. III. 273. Evocatur cum Orphanis ad Hospitale Incurabilium. V. 149. Ejus cultus in eo Hospitali. Ibid.
—— Petrus Episc. Vincentiæ ejus sepultura. VI. 298
—— Margarita Victuri Joannis Æmiliani Vidua Fundatrix Sacelli apud S. Michaelem de Muriano. x. p. III. 38. & seq. punctum Testamenti. x. p. III. 86
ÆMONIA Urbs Istriæ. II. 204. & seq. Tributaria Venetis, & Eccl. S. Marci. x.** 114. 216
AFFECTIO nimia in consanguineos periculosa Ecclesiasticis. x. 32. 84. & seq.
S. AGATHA V. M. olim titularis Eccl. S. Ubaldi. III. 384. Ejus brachium. III. 385
AGNES Fundatrix Monasteriorum in Insul. Ammiani. x. p. II. 237. 267
B. AGNES Soror S. Claræ asserta Fundatrix Monast. Sanctæ Claræ. VI. 140.
S. AGNES V. M. Vide Eccl. Parochial. Ven. ejus Reliquiæ. Vide Menol. Ven.
AGNELINUS Episc. Sudensis Ord. Præd. consecrat Eccl. S. Barnabæ. V. 280. Memoriæ de eo. V. 281. VII. 282.
AGNI Thomas Ord. Prædic. Episc. Bethleem. x.** 232
AGNUS Dei Gualterius Episc. Castell. XIII. 29. Vide Gualterius.
AGOSTI Nicolaus Prior SS Joann. & Pauli, deinde Ep. Tricariensis. VII. 250.
AGUCCHIO Joannes Baptista Amadiensis Archiepisc. Legat. Apostoli decernit corpus S. Barbaræ V. Nicomed. Torcelli quiescere. x. 107. 120. & seq. 135. Obitus sepultura & elogium. x. 135.
AJUTAMICHRISTO Thomas Prior S. Dominici Ven. VII. 170. 308.

Prior SS. Joannis & Pauli. VII. 185. 247. Obiit ex peste. VII. 194

ALABANTUS Antonius Gener. Ord. Servorum concedit participationem bon. spiritualium Ord. Nicolao Dandulo. II. 79

ALABARDO Michael, Abbas Sancti Georgii Majoris pietate, & misericordia in pauperes insignis, VIII. 200. Benefacta in Monaster. Ibid. & seq. Præses Gener. Congreg. obiit ibid.

S. ALBANUS M., ejus Corpus Buriani in Eccl. S. Martini. X. p. II. 3. Martyrium & translatio. Ibid. & seq. Ejus assertum doliolum Muriani. X. p. II. 82

ABBATI & solemnis eorum supplicatio. I. 119. Laudantur ob bonos effectus. I. 139

ALBERICUS Prior Fr. Prædic. recipit fundum pro extruendo Monast. VII. 240

ALBERICUS de Romano Ezelini Tyranni Frater. XIII. 28. Laudatur a Pontifice. XIII. 230. Ejus perfidia. Ibidem.

de ALBERTINIS Galasius Episc. Castell. XIII. 36

—— Jacobus Episc. Castell. XIII. 37. consecrat Eccles. S. Agnetis Virg. V. 153. Transfert corpus S. Simeonis Proph. VI. 387. Dissidet cum Monialibus S. Laurentii. XI. 59. III. Instituit Abbatissam Sanctorum Blasii & Cataldi. XII. 460. 466. Schismaticis adhærens privatur Episcopatu. IV. 257. XIII. 38. Pseudocardinalis. XIII. 38. Memoratur. IX. 399. Vide diplomata Episcop. Castellan.

—— Paulus Ord. Serv. explicator Dantis. II. 64

de ALBERTIS Carlotus Vicar. Gen. Castell. Laurentiam Abbatis: S. Hieronymi inducit in possessionem. II. 128. Memoratur. XIII. 205

ALBERTUS Camaldulensis obtinet Insulam S. Michaelis. X. p. III. 4. Primus Prior Monasterii, & ab eo acta. X. p. III. 5

B. ALBERTUS Camald. peregrinatur ad S. Marcum Venet. X.** 77

ALBERTUS Dux Austriæ mittit ad Pontificem legationem pro canonizatione S. Catharinæ Senen. VII. 37. Donatur osse S. Stephani Protom. VIII. 167

B. ALBERTUS Magnus, quæ notaverit præsens in Ducali Basilica. X.** 126. Tempus ejus adventus Venetias. Ibid.

B. ALBERTUS Sarthianensis hospes in Monast. sancti Francisci de Vinea. VIII. 16

ALBERTUS Tarv. Episc. dat Indulgentias Eccles. sancti Felicis. II. 160

de ALBIZIS Ubertinus Proc. Ordin. Prædicat. agit pro confirmatione Ord. de Pœnit. sancti Dominici. VII. 35. & seq. Vide Epistolas. Impatiens moræ in agendis. VII. 101

ALBOINUS Rex Longobardorum vastat Italiam. I. 293

ALBRICUS Episc. Avallonens. consecrat Eccl. sancti Pantaleonis. II. 344. Memoratur. XIV. 401

ALCENAGO Andreas Soc. Jesu vir piissimus ejus laudes, & obitus. II. 187

ALOYSIUS Episc. Corcyræ defendit jura suæ Ecclesiæ. X. p. II. 57

ALDOBRANDINO Alexander Archiepisc. Rhodiensis donat reliquam Eccl. sancti Francisci de Vinea. VIII. 30

ALDUINO Familia extruit Eccl. S. Fantini. XII. 318

ALEANDER Hieronymus Arch. Brundusinus. Legatus Apostol. Vide Documenta Archiepiscoporum Cardinalis Protector Congreg. Canon. Sæcular. S. Georgii de Alga. XII. 16. Legat libros suos Monaster. Sanctæ Mariæ ab Horto. I. 157. XII. 16. Effigies. XII. 17. Ejus libri incendio perierunt. VI. 76. Laudes ex ejus testamento. I. 157

ALEOTE Ulixes Secret. Ducalis. I. 313

de ALEPPO Dominicus Episc. Chisamensis. IV. 117. consecrat Eccl. S. Helenæ. IX. 190. ejus sepultura. IX. 191. Deleg. Apost. XIII. 170. 293

ALERIO Dominicus Episc. Chisamensis consecrat Eccl. S. Rochi Conf. VI. 326

ALERO. vide de Ricardis.

S. ALEXANDER M. ejus brachium e Stalimmene Insula deductum Venetias. XII. 206

ALEXANDER III. accedit Venetias. X.** 118. concedit Indulgentias Ducali Basilicæ. Ibidem. Concedit privilegia Monast. S. Salvatoris. II. 248. consecrat Altare majus S. Salvatoris. II. 249. consecrat Sacellum Omnium Sanctor. apud Eccl. S. Silvestri. III. 2. decorat Indulgentiis Congreg. S. Silvestri. III. 4. assertus Fundator Monast. S. Mariæ de Virgin. IV. 2. confirmat donationes factas Monast. S. Georgii Majoris. VIII. 129. Confirmat honores debitos Episc. Castell. a Monachis Sancti Nicolai de Litore. IX. 60. Nicolao Justiniano Monacho concedit, ut uxorem ducat. IX. 61. committit Dominico Episc. Caprulensi causam Eccl. S. Mariæ de Muriano X. p. II. 61. donat Sebastiano Ziani Duci digitum S. Paterniani XI. 261. Vide Diplomata Summ. Pontificum.

ALEXANDER IV. Vide Diplomata Sum. Pontificum. Concedit officium S. Barbaræ Monast. Cruciferorum. II. 180

ALEXANDER V. dicitur Pontifex in Concilio Pisano. XIII. 86. 118. Illustratur dies electionis. XIII. 110. Indulget privilegia Primicerio S. Marci XI.** 198. Veneno sublatus. XIII. 118. Vide Diplomata Summ. Pontif.

ALEXANDER VI. Vide Diplomata Sum. Pontificum.

ALEXANDER VII. Vide Diplomata Sum. Pontificum.

ALEXANDER VIII. Vide Diplomata Sum. Pontificum.

ALEXANDER Concionator in Ducali Basilica. X.** 145. XIV. 408

ALEXANDER Placentinus Episc. Feltren. concedit Indulgentias Sodalitio Misericordiæ. XII. 154. 160

ALEXANDRIA Urbs desolata a Saracenis. X.** 8. 19

ALMERICUS Episcop. Tarv. filius Wangerii Comitis. XI. 318. 364

ALTINUM Civitas. X. 5. ejus situs, & laudes. X. 12. 47. destruitur ab Hunnis sub Attila & a Longobardis sub Rothari. X. 13. Altinas Ecclesia dicitur etiam post translatum Episcopatum. X. 15. Altinates profugi ad Insulas æstuarii. X. 13. 14. 45. 48

ALTOVITUS Jacobus Archiep. Athenarum, Leg. Apost. juvat observant. in Monast. Sancti Secundi. VI. 22. 23

AMADEUS Comes Sabaudiæ conciliat

liat. Venetos cum Rege Ungariæ & aliis III. 330
AMADEUS de Luzzi de Venetiis Ord. Min. scribit vitam S. Bernardini. IX. 301. & memorias B. Joannis Gradonici. VIII. 87
AMADI Familia celebris ob imagines Deiparæ. III. 217. 261. ejus jura in imaginem, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ Consolationis. III. 217. & seq. ejus jura, & religio in Imaginem & Monast. Sanctæ Mariæ Miraculorum. III. 261. & seq.
—— i Angelus promovet ædificationem Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Miraculorum. III. 262. & seq. ejus numisma & carmen Italicum in laudem B. V. III. 266
—— Joannes assertus Episc. Castell. & Cardin. XIII. 46
AMBIVARI Albertus Cler. Regul. scribit vitam B. Joannis Marinonii. VI. 193. & seq.
S. AMBROSIUS Episc. ejus Os Torcelli. X. 51
AMELII Petrus Gallus Ord. Herem. Sancti August. Patr. Graden. III. 35
S. AMETISTUS M. Reliquiæ. II. 170
AMMIANUM Insula in æstuariis. X. p. III. 320. & seq.
AMPHILENUS Natalis Pleb. S. Canciani construit Campanile. II. 221
AMULIO Augustinus Præfectus Venetæ Classis vehit Venetias Sanctum Cajetanum cum sociis. VI. 182
—— Clara Abbatissa Sanctæ Mariæ de Cœlestibus reformatrix eligitur Sancti Maphæi de Majurbio. X. 308. 343
—— Franciscus Capuccinus donat simulacrum Crucifixi Eccl. Sancti Hieremiæ. VI. 422
—— Marcus Antonius Cardinalis ejus sepultura. XII. 92
ANASTASIUS IV. Vide Diplomata Sum. Pontificum.
S. ANASTASIUS Persa M. ejus corpus Venetias translatum. IV. 356. & seq. odor ex corpore. IV. 358
de ANCHARANO Petrus Jurisperitus ejus consilium pro Monast. Sancti Laurentii. XI. 141. Memoratur. XI. 52
ANDREARDA Familia erigit Eccl. S. Paterniani. XII. 260. & Eccl. S. Silvestri. III. I
ANDREADO Georgius Patr. Graden. X.** 180
—— Simeon Primicerius S. Marci. X.** 180
S. ANDREAS Ap. Vide Monasteria Veneta Virorum & Monialium, & Monast. Torcell. Monialium. Ejus insignes Reliquiæ Vide Menologium Venetum. Olim Contitularis Eccl. S. Marthæ. V. 88. & seq.
S. ANDREAS Avellinus discipulus B. Joannis Marinonii. VI. 188. ipsius Confessor, & laudator. VI. 201. ejus costa. VI. 186
ANDREAS Episc. Æmonien. assertus Episc. Civitatis Novæ in æstuariis. X. p. III. 370
ANDREAS Episcop. Arbensis. X.** 267
ANDREAS Episc. Caprularum de Urbe Veteri Ordinis Servorum. XIV. 274
ANDREAS Episc. Clugiensis. III. 119
ANDREAS de Monticulo Episc. Caprularum. XIV. 477
ANDREAS Episcop. Equilinus. X. p. III. 394. XIV. 77

S. ANDREAS Hierosolymit. Archiep. Cretensis ejus reliquiæ. XI. 283. & seq. Inventio Reliquiæ & miracula. XI. 284. & seq.

S. ANDREAS Miles M. ejus Cranium. IX. 145

ANDREAS Prior Camald. S. Mathiæ Visitator Apostol. VIII. 160. X. p. III. 98

ANDREAS Rex Hungariæ filius Thomasinæ Maurooeno. XII. 292. 294

ANDREAS a Tarvisio Eremita Camald. virtutibus insignis. IX. 232

ANDREASIO Georgius Episc. Clusinus Legatus Apostol. XIII. 173. 320

ANDRUINUS Episc. Scodrensis. II. 127

ANDRUINUS Card. Legat. Apostol. committit Patriar. Constant. reformationem S. Georgii in Alga. XIV. 305

ANGELI contitulares Eccl. S. Mariæ Angelorum de Muriano. X. p. III. 234. 262. Deferunt panes B. Euphemiæ. I. 44. Canunt in ejus obitu. I. 48. Apparent Pastori efformanti simulacrum B. M. V. II. 154. Deferunt imaginem Deiparæ ex Hispaniis ad Cretam. XI. 212

ANGELUS monet Equitem Gallum de Corpore S. Stephani Venet. quiescente. VIII. 120. 123. Monet B. Jordanum de intentata ei nece. XI. 126. Coronat B. Nicolaum Ordin. Prædicatorum. VII. 209

ANGELUS Episc. Caprularum. XIV. 472

ANGELUS Episc. Chissamen. Deleg. Apostol. VI. 61. 81

ANGELUS Episc. Civitatis Novæ prætermissus in serie. X. p. III. p. ult. Consecrat Eccl. S. Felicis Venet. II. 160

B. ANGELUS a Clavasio in Monast. S. Francisci de Vinea. VII. 16

ANGELUS de Corsica Tertii Ord. S. Francisci obtinet Eremitorium Arimini. V. 285. donat se, & Eremitorium B. Petro de Pisis. V. 286. Fundat Venetiis Monast. V. 286. offert Venetum Monast. Basilicæ Lateranen. V. 287. habitus alter Fundator Congr. Pisanæ. V. 287. adhæret Gregorio XII. Papæ. V. 287. 302

ANGELUS Lucæ de Eugubio Pleb. S. Silvestri & Vicar. Gradensis. III. 50

ANGELUS Maria Venetus Can. Regul. concinnat Chronicon de Episc. & Patriarch. Venetis erroribus refertam. VI. 268. XIII. 7

ANGELUS Episc. Methonensis deinde Patriarc. Grad. III. 23

ANGELUS Faxeolus Episc. Methonensis Deleg. Apostol. XIV. 90. 166

ANGELUS Episc. Recinetensis electus Cardinalis. XIII. 111

ANGUISSOLA Joann. Bapt. Archiep. Larissenus Leg. Apost. sepultura & elogium. VIII. 26

S. ANIANUS Patriarc. Alexandrinus transfertur Venetias ad Insulam S. Clementis. IX. 217. & deinde ad Eccl. S. Mariæ de Charitate. V. 172. IX. 217. Vide Menol. Venetum.

S. ANNA Vide Monast. Veneta Monialium. Ejus insignes Reliquiæ. Vide Menolog. Venetum.

de ANNIBALDIS Petrus Card. Eccl. S. Crucis de Luprio Commendatarius. IX. 34

ANONYMI Chronicon concinnatum Sæculo XIII. agit de fundatione Ec-

Ecclesiarum Ven. III. I. & alibi.
ANONYMI Historia de Translatione S. Pauli I. Erem. ad Ungariam. III. 324. Refellitur. III. 329. & seq.
ANONYMI Historia de translatione S. Marci ad Augiam x.** 29. Refellitur ibidem & seq.
ANTIOCHIA Civitas Dei XIII. 194
S. ANTONINUS Arch. Flor. laudat Monast. Ven. Corporis Domini. I. 125. Adhæret Gregorio Pp. XII. V. 302. Laudat B. Joan. Dominici. VII. 308. defendit Gregorii XII. innocentiam. XIII. 70 & seq.
S. ANTONINUS Presb. M. Vide Eccl. Ven. Paroch. S. Antoninus e Carnifice Mar. ejus corpus. XII. 92
S. ANTONIUS Abbas Vide, Monasteria Veneta Virorum, Monasteria Torcell. Monialium, & utraque Menologia. Congregatio Monachorum Armenorum Ord. Sancti Benedicti fundata sub ejus titulo. IX. 274. Os Brachii. V. 342
ANTONIUS Abbas Cauleos invenit Corpus S. Pauli Mart. VIII. 136. & seq. Patr. Constantinop. ibidem.
ANTONIUS Abbas Sancti Michaelis de Brundulo, & deinde Patr. Graden, XII. 273
ANTONIUS Albanen. Episc. Card. Poenitentiarius. IV. 133
ANTONIUS Aquilejen. Patr. a Gregorio XII. deponitur. XIII. 118. Gregorio XII. insidiatur. XIII. 118. interfuit Consilio Constantiensi. XIII. 23
ANTONIUS de Bononia Gen. Serv. accedit Venetias II. 8
ANTONIUS de S. Canciano Ord. S. Augustini Episc. Dionysiopolitanus. XII. 309
ANTONIUS Dyrachien. Archiep. interfuit translationi brachii S. Georgii. VIII. 162
ANTONIUS Episc. Jerapetrensis dat Indulg. Sodalitio Misericordiæ. XII. 156. 173
S. ANTONIUS Patav. ejus reliquia invisenda annuatim a Duce & Senatu. V. 21. Vide Sodalitia.
B. ANTONIUS Scozettus Ord. Min. incola in Monast. S. Mariæ Gloriosæ. VI. 296
ANTONIUS Ord. Min. Episc. Thinarum postea Civitatis Novæ. X. p. III. 374
ANTONIUS Venetus Jesuatus dictus Beatus. V. 224
AOLDO Familia erigit Eccl. S. Simeonis Proph. VI. 186
S. APOLLINARIS. Episc. M. Vide Eccl. Ven. Paroch.
S. APOLLONIA V. M. ejus Reliquia cultus & Sodalitium. XII. 229
APPARITIONES Sanctorum. I. 42. 49. 116. 138. 264. 305. 307. II. 244. III. 291. IV. 239. 301. 339. V. 328. 338. VII. 205. 216. IX. 33. X. 7. XI. 306. XII. 453. 456. XIII. 5. XIV. 487
AQUA prodigiosa ex Ossibus S. Nicolai Episc. Myrensis. VIII. 11. 75. 77
ARALDUS Episc. Clugiensis. XIV. 481
de ARAGONIA Joannes Card. Legatus. I. 312. XII. 115. Vide Diplomata Cardinalium.
ARBE Civitas in Dalmatia. X.** 266. & seq.
ARCHIDIACONI Castellani XIII. 215. Torcellani. X. 62.
ARCHIEPISCOPI. Vide Indicem Archiepiscoporum.
ARCHIONIO Antonius Episc. Ascolanus

lanus creatus Cardinalis. VII. 109
ARCHIPRESBITER Gradensis obtinet Plebanatum S. Apollinaris. III. 151
ARCHIPRESBYTERI Congregationum Cleri, eorum dignitas officia, & privilegia, IV. Præf. VIII. & seq. eorum nomina per singulas Congregationes. IV. Præf. XIV. & seq. nomina ommissa XIV. Cathedralis Castell. XIII. 214. Cathedralis Torcellanæ. X. 64
ARCHITECTUS Eccl. S. Marci. Traditio de ejus simulacro. X.** 122
ARCHUICUS Episc. Æmonien. donat Eccl. S. Martini de Tripoli Monaster. S. Danielis. IV. 166. 191
ARETINUS Petrus ejus sepultura. XII. 253
ARIMUNDO Thomas Canon. Ducal. Subdeleg. Apostol. X. 311. 352. & seq. ejus sententia confirmatur. X. 311. 356. Episc. Castell. XIII. 30. Memoratur. IX. 346. XI. 58. Recuperat sibi ablatam jurisdictionem in Monast. S. Hilarii. IX. 348. 390
ARIUS Tribunus & Arator ejus filius ædificant Ecclesias in Insulis æstuarii. X. 6. & seq. Dant nomen Insulis æstuarii. X. 67. Memorantur in Epigraphe marmorea. X. 101
ARLATTI Maria Abbatissa S. Matthæi de Muriano X. p. II. 202. Fundat Monast. Sanctorum Marci & Andreæ. X. p. II. 209. & seq.
ARMENI in Urbe Veneta. III. 337. Laudatur ipsorum pietas. III. 338. Monachi. IX. 273
ARNALDUS Episc. Bononien. X.** 227. Deleg. Apostol. I. 320
ARRIGONI Vincentius Ord. Præd. Quæsitor fidei deinde Episc. Sebinicensis. VII. 330
ARSENATUS Venetus construitur. IV. 173
ARSENIUS Epidauri Archiep. Præses Eccl. S. Georgii Græcorum. XII. 363
ARSEUS Aloysius Pleb. S. Canciani laudatur. II. 221
ARTICUS Episc. Venecopolitanus dat Indul. Sodalitio Misericordiæ. XII. 157. 176.
de ARTICO Marcus Plebanus SS. Simonis & Judæs. VI. 407. Electus Prior Hospitalis S. Marci. XIV. 241
ARTIGERO Familia extruit Eccl. S. Moysis. III. 358
ASCRIVIUM Urbs Dalmatiæ. I. 260
ASSEMANUS Joseph ejus eruditio, & doctrina. Illustrat caracteres incisos in Cathedra asserta S. Petri. XIII. 194
ASTA Civitas Pedemontis. VI. 2. & seq.
S. ATHANASIUS Patriarcha Alexandrinus ejus corpus. I. 12. Translatio Corporis & miracula. I. 13. & seq. Ejus caput. I. 25. II. 114. Ejus digitus. I. 25. XI. 82. deducitur ad Eccl. Sanctæ Crucis de Judaica. I. 27. Ejus miracula. I. 31. Corpus invisitur quotannis a Græcis. I. 12. XII. 369
d'ATTICHI Ludovicus Episc. Æduensis defendit Gregorii XII. innocentiam XIII. 105. & seq. & Maphæi Girardo Cardinalis. XIII. 157. & seq.
ATTILA Rex Hunnorum invasor Italiæ. III. 209. XIII. 4
AVANTIO Joannes Fundator Monast. S. Mariæ Servorum. II. 2. & seq. Patria Venetus & Nobilis. XII. 151. ejus pium legatum.

XII. 136. Obitus sepultura & elogium. II. 6
—— Hieronymus donat Ordini Servorum B. M. V. Monasterium S. Mariæ prope Plebem Sacci. II. 97
—— Franciscus Fundator Hospitalis prope Sanctorum Petrum & Paulum. IV. 244. Promovet cultum S. Homoboni. XIV. 190
AVENTURATIO Joannes assertus Episc. Olivolensis. XIII. 14
AVEROLDO Altobellus Episc. Polensis Leg. Apostol. Judex & Deleg. Apost. in reformatione Monast. S. Mariæ de Virginibus. IV. 21. & seq. XI. 186. ornat privilegiis Monast. S. Blasii. XII.
AUGIA dives nuncupata ubi Abbatia. X.** 27. 29. 40
de AUGUSTINIS Joannes Ord. Minor. Laudatur. I. 127. II. Pref. IV. II. 381. VII. 274. VIII. 36
S. AUGUSTINUS Episc. C. vide Eccl. Parochiales Ven. apparet Moniali Seravallensi. I. 307. decretum de ejus Festo. II. 381.
B. AUGUSTINUS de Bugella Ord. Prædic. Virtutes miracula, & sepulcrum. VII. 339
AUGUSTINUS Ord. Erem. Episc. Civitatis-Novæ. X. p. III. 371. 375 consecrat Eccl. S. Pantaleonis. II. 344
AVOLTA Gabriel electus Venetiis Gener. Ord. S. August. XII. 311. renovat Monasterium S. Stephani. XII. 311
AURELIA Nicosiensis Monialis S. Crucis de Judaica restaurat Monast. in Cypro. I. II. 88. Jurat obedientiam Archiepiscopo Nicosiæ. I. 88
de AURELIANO Andreas Cancellarius Bartholomæi Colleonii de Bergomo. XII. 31. 37
AURIA discipula S. Claræ asserta I. Abbatissa Monast. S. Claræ. VI. 140
AURIO Joannes Episc. Torcell. X. 20
AURIUS Clericus Pleb. S. Mariæ Murianensis acta ab eo pro Ecclesia. X. p. II. 55
AURIUS Dominicus Episc. Caprul. III. 72. XIV. 472
AURIUS Episc. Civitatis-Novæ. X. p. III. 371
„ pro posse occurrendum est ob Dei reverentiam, & pro contentamento Civium nostrorum ad eum locum confluentium, „ in eoque non diminuatur, sed potius augeatur devotio.

„ Vadit pars, quod scribatur Summo Pontifici in hac forma.

„ Vacante Ecclesia Monasterii Sancti Michaelis de Muriano Camaldulensis Ord. Torcellane Diecesis huic nostre urbi proxima per mortem Venerabilis Patris Dom. Pauli Venerio Monachi illius Monasterii, concorditer una voce nemine aliud sentiente, aut optante debitis Summo Deo supplicationibus porrectis canonice elegerunt Venerabilem Patrem D. Mapheum Gerardo autoritate privilegiorum suorum in eorum & dicti Monasterii Abbatem. Et quia genere nobilis moribus ornatissimus religione clarus omni vitæ integritate notissimus, & huic urbi civibusque nostris gratissimus est, quorum observatio pietas, & devotio & concursus ad Ecclesiam dicti Monasterii celeberrimi jam pluribus annis fuit, & in dies optimo exemplo D. Maphei electi augetur. Sanctitati Vestre supplicamus, ut rejectis ambitiosis petitionibus aliorum, predictum D. Mapheum electum invitum suis meritis, & suasionibus religiosissimi prædecessoris morientis Beatitudo vestra confirmare dignetur. Nam Monaci electores experti tempore longioris egritudinis D. Pauli predefuncti prudentiam, & D. Maphei electi sanctimoniam cupiunt notissimi Pastoris authoritate gubernari. Intelligunt enim perraros reperiri posse, qui tanto patri merito succedant, nisi D. Mapheum predictum, qui sub alarum suarum umbra nutritus studiosissimus discipulus Magistro simillimus est. Ignotus autem quisquis alius ingratior esset, & morum varietas optima instituta religiosissimosque cultus posset immutare cum gravi Monachorum scandalo, & hujus urbis indignatione: Decet ergo Sanctitatem Vestram Beatissime Pater, & ita eam summopere hortamur, & oramus, ut juri, piis Monachorum votis, & honestissimis petitionibus nostris libenter annuatis, electionemque Spiritu Sancto celebratam Pontificali authoritate confirmetis.

„ Et ex nunc captum sit, ut scribatur in convenienti forma Reverendiss. Dom. Cardinalibus Venetis, ut vices suas interponant, & instent pro intentione nostra predicta obtinenda.

N. Sinc. 2 de Non — de sic reliquæ omnes.

AD

AD ECCLESIAM PAROCHIALEM

SANCTI BENEDICTI. Tom. XII.

Deficientem & errore aliquo vitiatam Plebanorum seriem supplere potuimus ex aliquando nobis exhibitis documentis, seu, ut vocant, emortualibus libris, ex quibus nomina Plebanorum, & si non chronicas electionum notas, saltem dies obitus eorum extrahere potuimus. Sic igitur nuper repertos viros disponimus.

Nicolaus Papilioni Dalmata, qui e vivis excessit die 1. Junii 1568.

Paulus de Desideratis enuntiatur in libro Ecclesiæ, quem vocant Nuptiarum ad diem 6. Junii ejusdem anni 1568, in quo præcessor ejus obierat. Mortalitatem explevit die 9. Januarii anno 1577.

Paulus Bonano hominem exuit die 23. Junii anno 1596.

Paulus Arzentini e vita migravit die 27. Nov. anno 1630.

Paschalis Danieli electus anno 1630, ut suo loco jam diximus.

AD ECCLESIAM PATRIARCHALEM

SANCTI PETRI APOSTOLI. Tom. XIII.

Franciscum Maripetrum Archiepiscopum Spalatensem transtulit Martinus Papa V. ad Sedem Castellanam anno 1428. Apostolicum Pontificis diploma, quo subditis Castellanæ Ecclesiæ mandatum fuit, ut Franciscum ejusdem Ecclesiæ Episcopum electum agnoscerent, & præstita obedientia venerarentur, cum nuper ad manus nostras devenisset, hic exhibemus.

„ Martinus Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis „ Universis Vasallis Ecclesiæ Castellanensis Salutem & Apo- „ stolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor „ ille celestis & Episcopus animarum potestatis sibi plenitu- „ dine tradita Ecclesiis pretulit universis, plena vigiliis solli- „ citudo requirit, ut juxta cujuslibet statum Ecclesie sic vi- „ gilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per

ejus

„ ejus providentiam circumspectam nunc per simplicis provi-
„ sionis officium, nunc vero per ministerium translationis ac-
„ comode prout personarum locorum, & temporum qualitas
„ exigit, & Ecclesiarum utilitas persuadet, Ecclesiis singulis
„ Pastor accedat idoneus, & Rector providus deputetur,
„ qui populum sibi commissum salubriter dirigat, & infor-
„ met, ac bona Ecclesie sibi commisse non solum gubernet
„ utiliter, sed etiam multimodis offerat incrementis. Sane
„ Ecclesia Castellanensis ex eo vacante, quod nos nuper Ve-
„ nerabilem Fratrem nostrum Petrum Paduanum tunc Castel-
„ lanensem Episcopum a vinculo, quo eidem Castellanensi
„ Ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de Fratrum nostro-
„ rum consilio, & Apostolice potestatis plenitudine absolven-
„ tes, ipsum ad Paduanam Ecclesiam tunc vacantem duximus
„ Apostolica authoritate transferendum, præficiendo ipsum ei-
„ dem Paduane Ecclesie in Episcopum & Pastorem. Nos ad
„ provisionem ipsius Ecclesie Castellanensis celerem, & feli-
„ cem, ne Ecclesia ipsa longe vacationis incomodis premere-
„ tur, paternis & sollicitis studiis intendentes post delibera-
„ tionem, quam de preficiendo eidem Castellanensi Ecclesie
„ personam utilem, & etiam fructuosam cum eisdem Fratri-
„ bus habuimus diligentem, demum ad Venerabilem Fratrem
„ Franciscum Episcopum tunc Archiepiscopum Spalatrensem
„ in Episcopum Castellanensem electum consideratis grandium
„ virtutum meritis, quibus personam suam prout testimonio
„ fide dignorum accepimus, Divina gratia insignivit, & quod
„ idem electus, qui regimini dictæ Spalatrensis Ecclesie ha-
„ ctenus laudabiliter prefuit, dictam Ecclesiam Castellanen-
„ sem sciret, & posset auctore Domino utiliter regere, & fe-
„ liciter gubernare; convertimus oculos nostre mentis. In-
„ tendentes itaque tam dicte Castellanensi Ecclesie, quam ejus
„ gregi Dominico salubriter providere, eundem electum a vin-
„ culo, quo eidem Spalatrensi Ecclesie, cui tunc preerat, te-
„ nebatur, de ipsorum Fratrum consilio, & ejusdem potesta-
„ tis plenitudine absolventes, eumdem electum ad dictam Ca-
„ stellanensem Ecclesiam authoritate Apostolica transtulimus,
„ ipsumque illi prefecimus in Episcopum & Pastorem, cu-
„ ram & administrationem ipsius Episcopalis Ecclesie eidem
„ electo in spiritualibus & temporalibus plenarie committen-

do,

„ do, liberamque eidem electo dando licentiam ad ipsam Ca-
„ stellanensem Ecclesiam transeundi firma spe fiduciaque con-
„ ceptis, quod dirigente Domino actus suos prefata Castella-
„ nensis Ecclesia per ejusdem electi industrie, & circumspe-
„ ctionis studium fructuosum regetur utiliter, & prospere di-
„ rigetur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus
„ suscipiet incrementa. Quocirca universitati vestre per Apo-
„ stolica scripta mandamus, quatenus eundem electum tam-
„ quam Patrem, & Pastorem animarum vestrarum devote su-
„ scipientes, & debita honorificentia prosequentes, & fideli-
„ tatem solitam, nec non consueta servitia & jura sibi a vo-
„ bis debita exhibere integre studeatis; alioquin sententiam
„ sive penam, quam idem electus rite tulerit, seu statuerit in
„ rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino
„ usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

„ Datum Genezani Penestrine die XVII. Kal. Augusti Pon-
„ tificatus nostri anno XI.

„ Jo. de Ugolinis.

Ex rogitis Christophori de Scarpis Venetiarum & Curiæ Castellanæ Notarii, qui anno 1420. die 15. Maii rogavit Instrumentum permutationis inter Ludovicum a Turre Abbatem Monasterii SS. Illarii, Benedicti, atque Gregorii, & Nobil. Virum Joannem Baduarium Nob. Viri Jeremia filium, innotuit nobis Marcus Bocasinus Plebanus SS. Ermacore & Fortunati Vicarius Generalis Rev. in Christo Pat. Marci Lando Episcopi Castellani.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV.

EPISTOLA

AD NOBILEM VIRUM

FLAMINIUM CORNELIUM

SENATOREM VENETUM.

TYPOGRAPHUS AMICO LECTORI.

DUM operis hujus editionem sollicitus urgeo, & supremam manum foliis extremis admoveo, superveniunt Roma Romanis typis editæ, & publici juris factæ litteræ amplissimæ per modum Brevis, ut ajunt, epistolaris ad authorem datæ, quibus Romanus Pontifex Benedictus XIV. feliciter regnans reddit in primis Authori ipsi luculentissimum testimonium de accurato Critices studio, & copiosa sacræ Eruditionis suppellectile, tum opus ipsum in Ecclesia universa præsertim vero in Veneta magnopere profuturum pronunciat. Quod enim aliud Amice Lector de hoc opere tibi judicium exhibere poteram, quod tanti ponderis esset, & tanti faceres, quanti esse debet, & quanti facies judicium Romani ejus Pontificis, qui in omni disciplinarum genere, & in sacris maxime disciplinis sit peritissimus. Dum ipse disertissimis laudibus Acta, & documenta commendat, quæ in hoc Opere conti-

nentur, habes illico Teſtimonium omni omnino exce-ptionis majus, & nemo non videt, non eſſe amplius, quod optes, aut expectes. Rem igitur tibi gratam & opportunam, tum operi ipſi, ejusque authoris honorificentiſſimam fore putavi, ſi litteras haſce hic ad calcem apponerem.



DILE

DILECTO FILIO NOBILI VIRO SENATORI

FLAMINIO CORNELIO.



BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecte Fili, Nobilis Vir, salutem, & Apostolicam Benedictionem.



ACCEPTISSIMUM munus Nobis oblatum est a dilecto Filio Hieronymo Lombardo, Presbytero Soc. Jesu, sedecim Voluminibus Historiæ a te compositæ constans, quorum tredecim sunt de Venetæ, tria autem de Torcellanæ Urbis sacris Ædibus: quorum ita lectione delectati sumus, ut singularem tibi pietatis ac religionis, Nobis

bis aliis etiam indiciis perſpectæ, laudem tribuerimus, & ſtudium iſtud tuum ſacræ eruditionis etiam apud poſteritatem propagandæ vehementer probaverimus. In quo ut & tu pergas, & alii exemplo tuo commoti, noſtraque commendatione incitati exercere ſe velint, non dubitavimus ultro tibi ac ſponte hiſce litteris de tam egregio tuo Opere gratulari. Plurima ſane in eo antiquitatis monumenta e ſecretioribus tabulariis, ubi neglecta obſoleſcebant, eruta animadvertimus, quæ cum Nobis perquam inſignia ac præclara viſa ſunt, tum magno, ac multiplici uſui omnigenæ eruditionis ſtudioſis hominibus eſſe poterunt.

Singulare ſemper, ac tanquam proprium inclytæ Patriæ iſtius tuæ decus fuit, Chriſtianæ pietatis ac religionis ſtudium. Neminem adhuc, qui aliter ſenſerit, extitiſſe cenſemus: nec vero quemquam, qui non ita ſentiat, fore perſuaſum habemus, quamdiu tua hæc Volumina perennarint, in quibus tam multa ejus rei, & certiſſima documenta continentur. Quin etiam futurum exiſtimamus, ut ii etiam, qui ad legendum

gendum mirificam legendarum in eo genere rerum opinionem afferent, earumdem copia atque excellentia veluti obruantur, pluraque ac præstantiora inter legendum offendant, quam quot aut quanta animo præconcipere atque expectare potuerunt. Nos cette cum meritum laudis ac debitum Reipublicæ Venetæ testimonium haud ita pridem dare vellemus, quod schismaticum quemdam Episcopum, Græcum hominem, a quo verendum erat, ne homines ex eadem gente Catholicis Sacris addicti, & latino eidemque Catholico Episcopo subjecti, aliqua pravorum dogmatum contagione inficerentur, consistere intra imperii sui fines passa non est, attulimus quidem non pauca, ex veteri annalium memoria repetita, similis propemodum rationis, fortitudinis, atque constantiæ singularis exempla; verumtamen tam multa alia instituto illi nostro atque consilio perquam apta atque accommodata præteriimus, quæ duodecimo tuæ Historiæ Volumine, quo carebamus, complexus es, de istius Reipublicæ acerrimis actis, sapientissimisque decretis, quibus, ne inter

Græcos

Græcos Sancti Georgii Sacerdotes ulli schismatico locus esset, & sæpe & diligentissime cavit.

Utilitate igitur, eaque insigni, Opus hoc tuum, Dilecte Fili, commendatur: quæ sola satis esse deberet, ut illud hominum favor, te omnium gratulatio prosequeretur. Sed, quo & tu eo confecto magis læteris, & nemo a te susceptum fuisse forte miretur, summorum virorum exemplo factum tuum tueri, atque adeo commendare potes. Nam, ut Venetos ipsos tuos, qui in aliqua istius argumenti tui parte versati sunt, omittamus, quam multi & patrum, & nostra memoria similem spartam ornarint, non ignoramus. Marcus quidem Antonius Guarinus Ferrariæ Urbis, cujus erat civis, totiusque Ferrariensis Diœceseos Ecclesiasticam historiam scripsit, eamque anno 1621. vulgavit: qua breviter quidem, verumtamen dilucide, atque accurate earum cum originem, tum progressus, ac decora, & ornamenta persecutus, non vulgariter de suis civibus meritus censeri debet. Nec minus Joanni Baptistæ Blancolinio, qui nostra hac

ætate Opus illud ſuum, pluribus Voluminibus comprehenſum, & *Notizie Storiche delle Chieſe di Verona* inſcriptum, edidit, debere ſe civi ſuo Veronenſes profitentur. Quid Urbs hæc noſtra, totius Chriſtiani Orbis princeps, Roma? quam multa in ea ejusdem operæ atque induſtriæ ſuppetunt exempla? cujus quidem Urbis Baſilicas, atque Ædes Deo in Sanctorum honorem conſtitutas, plurimi pietate atque doctrina præſtantes viri egregiis commentariis illuſtrarunt, quibus & ſacræ antiquitatis ſtudioſorum eruditio mirandum in modum adjuvatur, & ipſorum Templorum religio ac ſanctitas, ab antiquiſſimis repetita ac ducta temporibus, iis hominibus, qui nunc ſunt, ac noſtris etiam poſteris commendatur. Extant Panvinii, extant Severanii de ſeptem, per eamque occaſionem de aliis plurimis Romanæ Urbis, atque agri Eccleſiis tractatus luculentiſſimi. Ac Panvinius quidem ſingulares de Lateranenſi, ac de Vaticana Baſilica libros a ſe conſcriptos moriens reliquit: quorum alterum Raſponius Cardinalis in ſuos de eadem Lateranenſi Baſilica

commentarios pene integrum transtulit ; alter in Vaticanæ tabulario manuscriptus adservatur. Liberianam Paulus de Angelis illustravit. Nec vero nostris etiam temporibus defuerunt, qui similem operam sacris aliis Ædibus & Sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Sancti Joannis ante portam Latinam, & Sanctorum Martyrum Marcellini ac Petri, & Sancti Laurentii ac Damasi, & Sanctæ Mariæ de Ara Cœli, & Sanctæ Mariæ trans Tiberim, & S. Alexii, & Sanctorum Cosmæ ac Damiani ingenti cum doctorum hominum adprobatione doctissimi ipsi viri ac præstanti dignitate impenderunt : ne quidquam interea aut de iis magnis, tantaque ac tam recondita eruditione refertis Voluminibus dicamus, quæ haud ita pridem super Basilica Vaticana prodierunt, aut de minoribus iis, quibus ejusdem Basilicæ dignitas, atque præstantia celebratur, aut Altaria sacræque Reliquiæ recensentur atque illustrantur. Quin hoc ipso tempore novam Liberianæ Basilicæ historiam apparari condique scimus, antiquissimis atque eximiis monumentis, a laudato Paullo ignora-

tis,

tis, certe in suo commentario præteritis, locupletatam.

At nonnulli sunt, quemadmodum accepimus, qui Operis a te, Dilecte Fili, suscepti atque absoluti sic utilitatem ac decus agnoscunt, ut tamen negent, sæcularem hominem manus illi admovere debuisse, eamque provinciam alicui e Clericorum aut Monachorum ordine intactam relinquendam fuisse contendant. Quod quidem Nobis & novum, & permirum accidit, qui ita semper judicavimus, neque Ecclesiasticos, neque laicos homines ad ejusmodi opera accedere oportere, qui non sint satis ab ingenio, eruditione, doctrinaque instructi atque parati: at vero, quibus ea ornamenta insunt, & facultas operi non impar reperitur, eos sive sacris, sive laicis hominibus adnumerentur, æque in ejusmodi instituto versari, æque Ecclesiæ sanctæ tali scriptorum genere prodesse convenire.

Nimis antiqua consectari videremur, si fidem sententiæ nostræ dictoque facturi, aut S. Justini Philosophi, aut Athenagoræ Atheniensis, aut Arnobii Africani, aut Didymi

Alexandrini, aut Lactantii Firmiani, aut S. Prosperi Aquitani, aut Severini Boetii, aut Cassiodori, aut Evagrii Epiphaniensis, aut plurium aliorum (qui omnes de Ecclesiasticis rebus in nullum ipsi Ecclesiæ ordinem cooptati libris suis, luculenter scriptis, egerunt) exempla in medium afferemus. Propiora igitur & locis & temporibus videamus.

Nullis Ecclesiastici ordinis sacris initiatos fuisse constat duos illos, Ecclesiasticis certe Scriptoribus accensendos, insignes viros, Franciscum Mariam Florentinium Lucensem, & Philippum Bonarrotium Florentinum. Atque ille quidem professione Medicus (teste Maraccio in *Biblioth. Mar.* T. I. pag. 420.) valde probandas in Martyrologium Romanum adnotationes conscripsit atque vulgavit. Bonarrotius vero, Romæ aliquandiu commoratus, Nobisque per id tempus cognitus ac familiaris, Opus sane luculentum ac plane Ecclesiasticum composuit, atque edidit deinde Florentiæ anno 1716. hac inscriptione: *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro, ornati di figure, trovati ne' Cimiterj di Roma.*

Ad

Ad Ecclesiasticas scriptiones Juris Canonici tractationem pertinere, nemo sane negaverit. Atqui in ea versatos esse plurimos non Ecclesiasticos viros, compertum est, ut Joannem Andreæ, Joannem Calderinium, Joannem Lignanensem, Petrum Ancharanium, Antonium Butriensem, multosque præterea vel ipsis Ecclesiasticis Juris Canonici Scriptoribus Gofredio, Innocentio, Bernardo Compostellano, Ostiensi, Durando, Archidiacono, Joanni Monacho, Panormitano propemodum comparandos: quorum plerique cum in celeberrima Bononiensi nostra Universitate docuerint, ea re ipsa admoniti Carolum Sigonium non præteribimus, qui eloquentiam Bononiæ professus, nec ullam Ecclesiastici muneris partem attingens, tamen Ecclesiasticam Severi Sulpicii historiam eruditissimis commentationibus illustravit, & Episcoporum Bononiensium seriem diligenti descriptione contexuit. Paulus vero Masinius memoria nostra in prægrande illud suum *Bononiæ perlustratæ* Volumen quidquid ad ejus Urbis insignes sanctitate viros, quidquid ad Episcopos, ad Templa, atque Cœnobia per-

tinet,

tinet, etsi non admodum accurate digestum, contulit atque congessit. Denique hominis patrisfamilias Valerii Zanii Comitis præclara scripta typis edita circumferuntur, quibus multa de sanctissimis quibusdam Bononiensis civitatis hominibus, non ita vulgo nota, ac tamen scitu dignissima continentur. Masinii autem & Zanii laboribus plurimum adjutos se se Bollandiani Sanctorum rerum gestarum collectores non uno celeberrimi Operis loco testantur.

Sed jam ad illustres cives tuos, Dilecte Fili, atque inclytæ Venetorum Reipublicæ Scriptores, qui nullis ipsi sacris initiati, de rebus tamen sacris plurimi ante te scripserunt, veniendum est. Ac primo Caroli Capelli Senatoris amplissimi commentarius, Paulo III. prædecessori nostro nuncupatus, occurrit, *de observanda secundum Deum & secundum Deum colenda Ecclesiastica Majestate, & Sanctorum Apostolorum constitutionibus & decretis*. Atque is quidem, quum apud Ferdinandum Romanorum Regem Reipub. legatione fungeretur, unum & alterum *de justa Dei contra nos indignatione* commentarium conscripsit:

psit : id quod ex Dilecti Filii, Nobilis Viri, Equ. Marci Fuscareni, Sancti Marci Procuratoris, egregio Opere inscripto *della Letteratura Veneta* pag. 362. didicimus. Ecclesiastica Hieronymi Mutii Justinopolitani Opera, quæ non pauciora, quam liberos, moriens anno 1575. post se reliquit, illa præsertim adversus Petrum Paulum Vergerium civem suum, insignem illum Catholicæ Religionis perfugam ac proditorem Episcorum, si cui nota non essent, is valde in rebus apertissimis caligaret. Ea certe hominem magnopere sanctissimo Pontifici prædecessori nostro Pio V. commendarunt: & in Capponianæ Bibliothecæ, in Vaticanam illatæ, Catalogo, itemque in Fontaninii *Eloquentiæ Italicæ* Libro, denique in Apostoli Zeni super eodem Libro Adnotationibus pag. 182. memorantur. Si quis autem ejusdem conditionis generisque Scriptores, qui aut de sacris patriæ suæ Edibus, aut de sanctorum virorum rebus præclare gestis egerunt, eaque re non minus hominum eruditioni ac litteris, quam Christianæ pietati profuerunt, velit recensere, is laudatum Equitis Fusca-

reni

reni Opus adeat ; sibique abunde, suæque curiositati satisfactum intelliget ; libro præsertim II. pag. 168. ubi de Andreæ Danduli Ducis Chronico agitur ; in quo & multarum Ecclesiarum institutiones, & Cœnobiorum plurimorum fundationes, & sacrorum Corporum ac Reliquiarum acquisitiones recensentur : & lib. III. pag. 304. ubi Bernardi Justiniani, Equitis, & Sancti Marci Procuratoris, commeutarius de vita ac rebus gestis Sanctissimi Patriarchæ Laurentii, patrui sui, valde latino atque eleganti sermone conscriptus, commemoratur : & lib. IV. pag. 341. ubi bini Lauri Quirinii, unus autem Pauli Zilii F. Mauroceni, Senatorum, *de Judæorum perfidia* Tractatus afferuntur : eodemque libro pag. 361. inter reliquos Venetos, qui, cum laici essent, scriptis suis Sanctorum virorum acta persecuti sunt, Leonardus Justinianus, Ludovicus Fuscarenus, Franciscus Diedus, Andreas Maurocenus, Jo: Franciscus Lauredanus, Nicolaus Sagundinus recensentur. Prope in infinitum posset excrescere eorum Venetorum sive ex patricio, sive ex inferioribus ordinibus, qui res sa-

cras

cras non ſacri ipſi homines, ingenti ſacræ litteraturæ bono, vario ſcriptorum genere pertractarunt. Eum, qui iis, quos certe non multos duximus nominandos, contentus non ſit, ad P. Joannis Auguſtinii ex Ordine Minor. Obſerv. Opus, quod inſcribitur *Notizie iſtorico-critiche intorno la vita, e le opere degli Scrittori Veneziani*, rejicimus, pagina quidem Præfationis 47. Operis vero ipſius pag. 164. 171. 287. 289. 325. Nobis, quæ pauca, eaque de paucis diximus, dicta ſufficiant: niſi quod duos tacitos præterire nequaquam volumus aut debemus, Apoſtolum nempe Zenum, cujus magnum merito eſt inter litteratos nomen, de quo apud eumdem Equ. Fuſcarenum Tom. I. pag. 375. cognovimus, eum collatis conjunctisque cum Joanne Baptiſta Leonardutio Presbytero ſtudiis atque operis, Venetorum Antiſtitum ac Patriarcharum, quin etiam Primiceriorum, atque adeo ſingulorum uniuscujusque Parœciæ Parochorum ſeriem ac ſucceſſionem deſcripſiſſe: & Scipionem Maffejum, qui Operis ſui, quod *Verona illuſtrata* inſcripſit, part. II. lib. 2. Veronenſium Epiſcoporum hiſtoriam complexus

 eſt:

est : de cujus hominis dignitate atque omnigena eruditione nemo est qui non magnifice & sentiat & loquatur ; ut propterea supervacaneum esse statuamus quidquam a Nobis hoc loco de ejus summis laudibus dici : quum præsertim verendum fortasse esset, ne qui institutam, cum eo ante annos amplius quadraginta amicitiam sancte ad hanc diem ac jucunde coluerimus , eidem potius amicitiæ , quam ipsi veritati , testimonium dedisse videremur.

Ecclesiasticarum igitur rerum , ab hominibus non Ecclesiasticis tractatarum , exemplis abundamus . Sed , qui ejusmodi tractationem solis Clericis ac Monachis adjudicare sententia sua volunt , eos uno illo Canonicarum Constitutionum Capite *Quicumque , de hæreticis , in sexto* , non recte , neque ut par est intellecto , niti existimamus . Canonis hæc verba sunt : *Inhibemus quoque , ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel privatim de Fide Catholica disputare : qui vero contra fecerit , excommunicationis laqueo innodetur* . Cujus Canonis interpretationem illam a Glossa relatam , simulque improba-

tam, Nos etiam improbamus: *Forte intellexerunt de laico ad modum Ultramontanorum, qui illitteratos laicos vocant, & litteratos Clericos vocant.* Cardinalis Cajetanus in Comment. ad art. 7. quæst. 10. 2. 2. Sancti Thomæ, *Leges*, inquit, *feruntur secundum id, quod est in pluribus. Communiter autem laici non sunt docti in Fide adeo, ut sunt Theologi sufficientes ad hoc. Unde posset licite contra hanc legem disputari a laico, quando casus esset, ut, non secundum verba, sed intentionem legis, agendum esset.* Luculentus item Auctor Penia *in adnotat. ad Inquisitorum Directorium part. 1. quæst. 10. comment. 25. §. Verum ut hæc apertius*, diserte docet, interdictum laico nequaquam esse disputationem de rebus Fidei cum hæretico homine instituere, modo ille doctrina excellat, & Catholicorum dogmatum contra hujus sophismata, in Fidelium periculum atque perniciem excogitata atque jactata, defendendorum rationem norit. Neque alia Pirhingii sententia est ad tit. 7. Decretalium *de hæreticis*, lib. 5. sect. 2. §. 3. num. 28.

Sed nihil necesse est in alienas ab insti-

tuto nostro quæstiones abire. Agitur enim, non de disputatione, quæ voce, sed quæ scripto instituatur: quod quidem postremum multo certe longius abest a periculo. *Aliud est*, inquit egregie Sylvius in 2. 2. S. Thom. quæst. 10. art. 7. *scribere confutationes hæreseon, aliud voce disputare*. Fit enim sæpe, cum voce verbisque contenditur, ut clamosiores, callidiores, argutiores, denique impudentiores, non vero qui ratione atque ipsa veritate plurimum valent, superiores, vulgi atque imperitorum judicio, discedant: qua ex re factum esse, ut ejusmodi altercationes cum hæreticis hominibus commissæ, haud ita secundos exitus aliquando habuerint, recte animadversum est a Driedonio libro II. *de Scriptura Sacra* cap. 3. a Ruardo Tapero *Orat.* 5. Denique a Cochleo in *Actis Lutheri* ad an. 1537. Præterea institutum hoc scribendi tuum, Dilecte Fili, tuique similium, nihil habet commune cum disputationibus illis contra hæreticos sive voce sive scripto institutis. Id unum agis, ut, conquisitis a te undique atque collectis venerandæ antiquitatis sacris quibusque monumen-

men-

mentis, & Catholicorum pietatem augeas, & litteratorum hominum eruditioni servias. Cui certe consilio tuo atque proposito Canonicam sanctionem illam nihil omnino adversari, manifestum est.

Habes igitur, quo te, Dilecte Fili, consoleris: quem etiam ingentes Deo gratias agere convenit, cujus numine ac beneficio tibi concessum est, ut operam laboresque tuos in ejus obsequium, atque in Templorum, quæ domus illius in terris sunt, illustrationem posses impendere. Nos quidem Opus nostrum *de Synodo* iterum in hac Urbe aliquanto auctius excudendum hoc ipso tempore curamus: in cujus Operis lib. VI. cap. 8. num. 8. honorifice commemorari tua hæc scripta animadvertes: qua commemoratione non id quidem spectavimus, ut novum aliquod illis decus accederet, verum ut intelligeres, cum reliquorum de iisdem honorificentissima opinione nostrum quoque judicium consentire. Nam, quanto plausu vulgo excepta sint, quantique fiant (ut recens minimeque illud quidem vulgare testimonium atque judicium omittamus, quo

istius

istius Veneti Cleri Congregatio numisma tibi cudendum, tanquam homini optime de se atque insigniter merito, unis omnium suffragiis decrevit; clarissimorum Bollandianorum Patrum non uno ingentis sui Operis loco, recentissimisque in S. Joannis Chrysostomi haud ita pridem vulgatis Actis, numero praesertim 1495. gravissima ac praeclara judicia satis superque declarant. Nec vero dubitamus, quin pari doctorum hominum adprobatione ac plausu reliqua tua excepta sint, quae hoc eodem in genere ad hanc diem in lucem prodierunt; quorum lectione Nos item mirum in modum delectati sumus; qualis est in primis Dissertatio tua illa novissima *de cultu Sancti Simonis pueri Tridentini M. apud Venetos, notis illustrata*: quam ab eodem Dilecto Filio Hieronimo Lombardo Nobis oblatam & libenter excepimus, & tua singulari eruditione, exquisitoque criterio dignam judicavimus. Hortamur autem te, ut studium, ac facultatem excellentem istam tuam in ejusmodi alia quamplurima sacra argumenta, cum ab eruditis expetita; tum lucis maxi-

me

me indigentia, conferre deinceps velis; quo majori & tibi honori, & inclytæ Patriæ tuæ ornamento, & Ecclesiæ Dei utilitati esse possis. Nos tibi interea, Dilecte Fili, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 22. Decembris 1753. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.



EX hisce litteris, quæ immortale decus Operi huic adjungunt, pronum est agnoscere Pontificem sapientissimum in hac sententia de Opere ipso ferenda sibi isthæc duo proposuisse: Primum illud ostendere, a viro Laico non abhorrere, nec esse alienum in sacris Disciplinis, præsertim in Historia Critica, & Antiquitate Sacra versari, immo vero si pie prudenter & docte id fiat, laudem summam promereri, congestis in hanc rem ab eruditissimo Pontifice argumentis, atque exemplis bene multis. Alterum vero comprobasse, suæque authoritatis momento graviora reddere testimonia, quæ de Authore ejusque Opere tulerunt Ephemerides Litterariæ, Continuatores Bollandiani Operis, atque in primis Præsides Collegii Congregationum Cleri Venetiarum, qui insigne, & præclarum Numisma conficiendum decreverunt.

AD BIBLIOPEGUM
NOTITIA FIGURARUM
Ornantium hoc opus.



Numerus Romanus Tomum indicat, Arabus vero paginam denotat.

Arcula Reliquiarum S. Pantaleonis Mart. II. 345
Arcus marmoreus majoris januæ Ducalis Basilicæ. X.** 123
Cathedra marmorea asserta S. Petri Antiochena in Ecclesia Patriarchali. XIII. 194
Clavus Pedum Domini Nostri Jesu Christi, & anulus S. Ludovici Regis Galliæ. VI. 153
Crux ænea antiqua S. Maximi nuncupata, II. 217
Figura operculi pro sepulcro S. Leonis Bembo. XI. 80
Figura Reliquiarii continentis portionem S. Crucis in Ducali Basilica. X.** 153
Figura alterius Reliquiarii asservantis aliam Dominicæ Crucis portionem in Ducali Basilica. X.** 155
Figura Reliquiarii continentis portionem Crucis Domini in Ecclesia Sancti Michaelis de Muriano. X. P. III. 14
Figura Vasis, in quo continetur de prætioso sanguine Domini Nostri Jesu Christi in Ducali Basilica. X.** 151
Imago corporis incorrupti S. Maximi Episc. II. 211
Imago B. Euphemiæ Justiniano Virg. I. 40
Imago S. Leonis Bembo Episc. XI. 81
Imago Mariæ Benedictæ de Rubeis Abbatissæ S. Mariæ Gratiarum de Buriano. X. P. II. 17
Imago B. Petri Acotanto Conf. I. 97
Imago B. Petri de Gambacurtis de Pisis. II. 118
Inscriptio ad Sacellum S. Crucis in Ecclesia S. Michaelis de Muriano. x. P. III. 14
Inscriptio sepulcri S. Crescentionis Mart. V. 20
Inscriptio sepulcri S. Memmiæ Mart. I. 298
Lapis consecrationis Ecclesiæ S. Canciani. II. 199
Lapis consecrationis Ecclesiæ SS. Hermagoræ & Fortunati. I. 294
Lapis exhibens figuras Fratrum Ord. S. Augustini olim degentium in Insula S. Andreæ de Litore. IX. 137.
Nummi aurei Saraceni reperti in veteri Ecclesia S. Laurentii. XII. 65
Numisma Angeli de Amadis. III. 267

Numisma fundationis Monasterii S. Marci & S. Andreæ de Muriano. X. P. II. 210
Numisma positum in fundamento Ecclesiæ S. Mariæ de Pietate. VIII. 78
Numismata jacta in fundamentis Ecclesiarum in tribus tabulis disposita. V. post Præfationem.
Nummus argenteus Henrici IV. Imperatoris. X.** 76.
Sigilla Andreæ Bondimerio Patr. Venet. parvum XIII. 149
Angeli Delphino Ep. Castell. I. 190
Antonii Contareni Patr. Venet. III. 55
Bessarionis Card. Niceni. I. 242
Communitatis Muriani. X. P. III. in Menol. ad diem 7. Aug.
Dominici de Dominicis Episc. Torcell. X. 58
Domus de Carraria. XI. 255
Gervasii Abb. SS. Hilarii, & Benedicti. IX. 383
Heremi Ord. Camald. X. P. III. 145
Joannis Gradonici Patriarchæ Gradensis. X. P. III. 159
S. Laurentii Justiniani parvum. I. 37. Magnum. IX. 171
Maphæi Gerardo Patr. Venet. parvum. XIII. 164
Marci Nicolai Episc. Castell. XIII. 23
Nicolai Card. Caraccioli Ord. Præd. XI. 256
Petri Card. Barbo Episc. Vicentini. XI. 129
Petri Card. Bembo. IX. 291
Studii Gener. in Monast. SS. Joannis & Pauli. III. 277
Vicariatus Castellani. XIII. 201
Ursi Delphino Patriar. Gradensis. XII. 191



CATA-

CATALOGO DE' SIG.RI ASSOCIATI,

Per ordine d' Alfabeto, secondo li loro Cognomi.



VENEZIA.

Il Serenissimo Pietro Grimani Doge.
Monf. Ill. e Reverendiss. Alvise Foscari Patriarca.
Li Reverendiss. Sigg. Presidenti delle Nove Congregazioni.
Reverendiss. Sig. D. Domenico Adamoli Pievano di S. Martino.
Sig. Giambatista Albrizzi q. Gerolamo. *per due*
Reverendiss. Sig. D. Angelo Armetti Pievano di S. Silvestro.
Reverendiss. Sig. D. Giacomo Attardo Pievano di S. Biasio.
Sig. Eredi Baglioni.
N. H. s. Francesco Abate Baglioni.
Reverendiss. P. D. Gianfrancesco Baldini Generale de' C. R. S.
Sig. Dottor D. Giambattista Baroni.
N. H. s. Ignazio Co: Barziza.
N. H. Mis. Almorò Barbaro Proc.
M. R. Pad. Don Giuseppe Barra Preposito de' PP. della Congregazione dell' Oratorio.
M. R. Pad. Maestro Giuseppe Maria Bergantini Provinciale de' Servi di Maria.
Reverendiss. Sig. D. Gregorio Bianchi Canonico Ducale, Arciprete della Congregazione di S. Angelo, e Pievano di S. Pantalon.
M. R. P. Don Giambatista Borini Provinciale della Congregazione del B. Pietro da Pisa.
Reverendiss. Sig. D. Francesco Dottor Bottion Pievano di S. Angelo.
Reverendiss. Sig. D. Antonio Busi Canonico Patriarc. e Pievano di S. Giuliano.
Ill. Sig. Marc' Antonio Businello Segretario dell' Eccel. Senato.
Ill. Sig. Alvise Caortorta.
Ill. Sig. Dottor Arcadio Capello Med. Fis.
N. H. s. Pier Gerolamo Capello.
Reverendiss. Sig. D. Pace Carnio Vicario perpetuo di S. Bortolamio, Canonico Patriarcale, ed Arciprete della Congregazione di S. Polo.
Reverendiss. Sig. D. Bartolomeo Carminati Pievano di S. Polo, Vicario della Ducal Basilica.
Reverendiss. Sig. D. Giuseppe Cavagnis Pievano di S. Tomà.
Reverendiss. Sig. D. Giovanni Centoni Pievano di S. Vitale, Canon. Ducale.
Reverendiss. P. Abate Civran dei Monaci Cassinensi di S. Giorgio Maggiore.
Ill. Sig. Giuseppe Comincioli.
N. H. s. Marin Contarini.
Ill. Sig. Francesco Contarini.
N. H. s. Andrea Corner fu de s. Marco.
Reverendiss. Sig. D. Gio: Antonio Corsi Pievano di S. Basso.
NN. HH. s. Andrea, e Marco Fratelli Corneri.
M. R. P. D. Anselmo Costadoni M. Cam.
M. R. Sig. Dottor D. Pietro Costadoni.
N. H. s. Gio: Antonio Crotta.
Reverendiss. Sig. D. Gaetano Depoutez Dott. di Teologia, Canonico Teologo della Basilica Metropolitana Patriarcale.
RR. PP. Domenicani di Castello.
RR. PP. Domenicani di S. Secondo.
Reverendiss. Sig. D. Gianjacopo Fachi Pievano di S. Luca, ed Arciprete della Congregazione di S. Maria Mater Domini.
N. H. s. Zuanne Falier fu de s. Franc.
Ill. Sig. Co: Francesco Fansogna.
Reverendiss. Sig. D. Gasparo Fanton Pievano di S. Felice.
Reverendiss. Sig. D. Michiel Fasiol Pievano di S. Simon Picolo.
N. H. s. Marco Flangini.
N. H. mis. Marco Foscarini K. e Proc.
Ill. Sig. Pietro Franceschi.
N. H. s. Pietro Garzoni.
Reverendissimo Signor D. Giambatista Ghedini Pievano dell'Angelo Rafaele.

N. H. f. Alvise Giustinian Lollin de f. Almorò.
N. H. f. Gerolamo Ascanio Giustinian.
N. H. f. Vicenzo Gradenigo secondo fù di mif. Vicenzo Proc.
N. H. f. Pietro Gradenigo fu di f. Giacomo.
M. R. P. D. Gianagostino Gradenigo Monaco Cassinense Lettor di Teologia.
N. H. f. Carlo Gradenigo.
Il Sig. D. Giambatista Granzotti.
Reverendiss. Sig. D. Simon Giuseppe Grassetti, Arciprete della Congregazione di S. Luca, e Pievano di S. Moisè.
N. H. f. Domenico Gritti fu de f. Marc' Antonio.
N. H. f. Gian Andrea Gritti, fu de f. Triadan.
Reverendiss. Pad. D. Giovanni Ipsi Abate Generale de' Camaldolesi.
Reverendiss. Signor D. Bartolameo Lanfranchi Pievano di S. Eustachio e Canonico Ducale.
N. H. f. Andrea da Lezze terzo K.
La Libreria di San Salvatore di Venenezia.
La Libreria de' PP. Reformati.
La Libreria della Casa Professa della Compagnia di Gesù.
La Libreria de' PP. di SS. Gio. Paulo.
La Libreria de' PP. della Certosa di Venez.
La Libreria de' Monaci Benedittini di S. Giorgio Maggiore.
M. R. Pad. Girolamo Lombardi della Compagnia di Gesù.
N. H. f. Zuanne Magno.
Monsignor Marco Mainardi Vicario di Monsig. Patriarca.
N. H. f. Alvise Co: Manin.
Reverendiss. Sig. D. Giacomo Marchetti Canonico di San Marco e Pievano di S. Maria Mater Domini.
Reverendiss. Sig. D. Giovanni Marchioni Pievano della Maddalena.
M. R. Sig. D. Andrea Marcoleoni.
Reverendiss. Sig. D. Domenico Mazzoni Lettore dell' Instituta nell' Accademia de' Nobili.
Ill. Sig. Bassan Miles.
Rev. Sig. D. Gio: Mioni.
N. H. mif. Alvise Mocenigo K. e Proc.
N. H. f. Antonio Mocenigo K.
N. H. f. Marco Molin.
Reverendiss. D. Domenico Monelli Canonico di Castello.
Reverendiss. Signor D. Girolamo Moretti primo Prete di SS. Apostoli, ed Arciprete di S. M. Formosa.
N. H. mif. Barbon Morosini K. e Proc.
Ill. Sig. Abate Antonio Muazzo.
N. H. f. Bernardo Nani.
Reverendiss. Sig. D. Vettor Nogari, Vicario Monastico, e Pievano di S. Agostino.
Reverendiss. Signor D. Bartolomeo Novelli Arciprete della Congr. di S. Silvestro, Suddiacono Titolato in S. Angelo.
Reverendiss. Sig. D. Giambattista Orsini Pievano di S. Geminiano.
Molto Rev. Padre D. Agostino Orzalli C. R. T.
Reverendiss. P. Paulo Pacciaudi C. R. T. Cav. Gerosolimitano, e Storico della sacra Religione di Malta.
Ill. Sig. Dottor Giovanni Paini.
Reverendiss. Sig. D. Clemente Petrobelli Pievano di S. Lio.
Reverendiss. Sig. D. Giuseppe Petrogalli Pievano di S. Maurizio, Canonico di S. Marco, Arciprete della Congreg. di S. Maria Mater Domini, e Protonotario Apostolico.
Ill. Sig. Lorenzo Pezzana.
M. R. Sig. Dott. D. Giuseppe Piacentini.
Ill. Sig. Manfredo Pianton.
Ill. Sig. Gio: Antonio Pinelli.
N. H. f. Sebastian Pisani.
N. H. f. Francesco Pisani fu del Serenissimo.
Sig. Francesco Pitteri.
M. R. Sig. D. Antonio Pivoto.
N. H. f. Bernardino Polani.
Ill. Sig. Andrea Poletti.
Reverendiss. Signor Don Antonio Polli, Pievano di S. Margherita, e Canonico Ducale.
Ill. Sig. Giacomo Benedetto Porri.
N. H. f. Ambroso Priuli.
N. H. f. Pietro Querini fu de f. Marchiò.
Reverendiss. Sig. D. Benedetto Rapetti Pievano di S. Maria Formosa.
Il Reverendiss. Sig. D. Bernardino Dottor da Re Pievano in S. Fantino.
Sig. Giambattista Recurti.

Sig.

Sig. Giuseppe Remondini.
Sig. Francesco Rigoni.
Ill. Sig. Abate Giacomo da Riva.
N. H. s. Z. Antonio Riva fu de s. Alvise.
Ill. Sig. Gabriel Rombenchi Console di Spagna e delle due Sicilie.
N. H. s. Francesco Rota fu de s. Gregorio.
N. D. Giulia Rota Monaca in S. Andrea.
Reverendiss. P. Abate D. Francesco Rota de' Monaci Cassinensi.
Ill. Sig. Co: Gianrinaldo Carli Rubbi.
M. R. P. Let. Bernardo Maria de Rubeis.
Reverendiss. Sig. D. Angelo Ruopelli Pievano in Santi Apostoli.
Ill. Sig. Angelo Sabini.
N. H. s. Alvise Sangiantoffetti fu de s. Benedetto.
Ill. Sig. Santorio Santorio Segretario dell' Eccel. Senato.
N. H. s. Antonio Co: Savorgnan.
Ill. Sig. Medoro Segatti.
Reverendiss. P. Abate D. Giuseppe Serafini de Monaci Cisterciensi.
Illustriss. Sig. Giuseppe Smith Console di S. M. Britannica.
N. H. s. Zuanne Soranzo fu de mis. Francesco Proc.
Reverendiss. Sig. D. Giambatista Spreafighi Pievano in S. Geremia, e Protonotario Apostolico.
Reverendiss. Sig. D. Giandomenico Tamagnon Pievano di S. Canciano Can. Patriarc.
S. E. il Sig. Leopoldo Conte Tassis.
Sig. Tommaso Temanza Architetto ed Ingegnere della Sereniss. Repubblica di Venezia.
Reverendiss. Sig. D. Giambattista Toselli Pievano di S. Samuele, e Canonico di S. Marco.
Reverendiss. Sig. D. Bartolomeo Trevisan, Canonico della Cattedrale, Arciprete della Congregazione di San Salvatore, e Pievano di SS. Ermagora, e Fortunato.
M. R. P. M. Giammaria Trocchi.
N. H. s. Antonio Vanaxel.
Il Pad. D. Francesco Vezelli Provinciale de' C. R. S.
Il Sig. Dottor Carlo Visconti.
Sig. Antonio Zanon.
M. R. P. Giuseppe Zauli della Compagnia di Gesù.

ADRIA.

Illustriss. e Reverendiss. Monsignor Vescovo Pellegrin Co. Ferro.

ANVERSA.

Li RR. PP. Bollandisti.

BAVIERA.

Il Sig. Giampaolo Gaspari.

BERGAMO.

Reverendiss. Padre Abate Mazzoleni de Cassinensi, Priore di S. Giacomo di Pontida.

BOLOGNA.

Ill. Sig. Francesco Argelati, per due.
Il M. R. P. Giambatista Giovanelli de Preti dell' Oratorio.
Il Sig. Pompilio Lorenzo Co: Mitti.
S. Eccellenza il Sig. Francesco Co. Zambeccari.

BRESCIA.

Reverendiss. P. D. Giambatista Lucchi Abate di S. Faustino.

CHIERIGNAGO.

Reverendiss. Sig. D. Vittorio Allegri Dottore, e Paroco di Chierignago.

CHIOGGIA.

Ill. e Reverendiss. Mons. Gianalberto Grandi Vescovo.

CIVIDAL DEL FRIULI.

La Libreria de' RR. PP. Domenicani Osservanti.

DRES-

DRESDA.

Il Sig. Giorgio Conrado Walther *per due*.

FIRENZE.

Ill. Sig. Prepofto Gianfrancefco Gori.
Il Sig. Giufeppe Rigaci. *per due*
Il Sig. Giufeppe Bouchard.

GEMONA.

L' Ill. Sig. Arciprete Giufeppe Bini.

LIONE.

Sign. Fratelli de Tournes, per 4.

LIPSIA.

Sig. Giovanni Gledtifch, per fei.

LONDRA.

Ill. Sig. Houbly.

LUCCA.

Reverendifs. P. Giandomenico Manfi. *per due*

MILANO.

Ill. Sig. Segretario Filippo Argelati, *per fei*.

MURANO.

Reverendifs. Sig. D. Girolamo Calura Pievano in S. Donato di Murano.
La Libreria de' PP. Camaldolefi di S. Mattia di Murano.

NORIMBERGA.

Ill. Sig. Giovanni Baldaffare Starch.

PADOVA.

Sua Eminenza il Sig. Cardinale Carlo Rezzonico Vefcovo.
Ill. Sig. Abate Giovanni Brunacci.
La Libreria de' Monaci Caffinenfi di S. Giuftina.
La Libreria de' RR. PP. di Lifpida della Congregazione del B. Pietro da Pifa Diocefi di Padova.

PARENZO.

Il Convento de' RR. PP. Domenicani Offervanti.

PESARO.

Illuftrifs. Sig. Annibale degli Abati Olivieri.

PISA.

Il M. R. P. Raimondo Adami P. P. nell' Univerfità di Pifa, e Provincial de' Servi di Maria.

PRAGLIA.

La Libreria de' Monaci Caffinenfi.

RAVENNA.

La Libreria di Claffe.

ROMA.

Il Sig. Gregorio Roifecco, *per tre*.

ROVIGO.

Ill. Sig. Lodovico Campo Canonico.

SALISBURGO.

M. R. P. D. Innocenzio Deixlperger Lettore di Teologia nell' Univerfità di Salisburgo.

SIENA.

Reverendiffimo P. M. Giampietro Maria Fanzelli Generale dell'Ordine de' Servi di Maria.

TOR-

TORCELLO.

Ill. & Reverendiss. Monsignor Nicolò Antonio Giustiniani Vescovo.

TORINO.

Ill. Sig. Abate D. Giuseppe Lucca Pasini Consiglier Reggio &c.

TREVISO.

Ill. e Reverendiss. Monf. Paulo Francesco Giustiniani Vescovo.
Ill. Sig. Canonico Bocchi.
Ill. Sig. Canonico degli Azzoni Avogaro.

UDINE.

Il M. R. Sig. D. Giandomenico Guerra.

VERONA.

Monsign. Ill. e Reverendiss. Giovanni Bragadin Vescovo.
Reverendiss. Sig. Canonico Arciprete Gianfrancesco Muselli. *per due*.
Ill. Sig. Co: Ottolino Ottolini. *per due*.
Ill. Sig. March. Scipione Maffei.

VICENZA.

Monsig. Illust. e Reverendiss. Antonio Priuli Vescovo.
Reverendiss. Sig. D. Francesco Dottor Bonomo Arciprete di Mason, Diocesi Padovana Territorio Vicentino.
Reverendiss. Sig. D. Antonio dal Sasso Paroco di Mura Territorio Vicentino.





